AUTHOR:

HARTMAN, J. L. V.

TITLE:

NOTAE CRITICAE AD PLATONIS DE...

PLACE:

HAGAE COMITUM

DATE:

1896-

Master Negative #

93-81401-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88PV
EH Hartman, J L V

Notae criticae ad Platonis De republica libros ... scripsit J. L. V. Hartman. Hagae Comitum, apud Martinum Nijhoff, 1896-

pt. 1 23 cm.

D88PV ~~Copy in Classics Reading Room.~~
EH ~~Contents.-- Pars prior (libb. I-V.)~~

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5/12/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

NOTAE CRITICAE

AD

PLATONIS DE REPUBLICA LIBROS

NOTAE CRITICAE

AD

Platonis de Republica Libros

PARS PRIOR

(LIBB. I—V)

SCRIPSIT

J. L. V. HARTMAN

HAGAE COMITUM
APUD MARTINUM NIJHOFF
MDCCCXCVI

EX TYPOGRAPHEO A. W. SIJTHOFF.

PRAEFATIO.

Platonis opus praeclarum, quod *ΠΟΛΙΤΕΙΑ* inscriptum est, plurimis virtutibus splendet, sed nonnullis vitiis quoque deturpatur, quorum alia ipsi auctori debentur, alia a librariis sunt invecta. Utrumque mendorum genus iam permulti viri docti tractarunt, illud imprimis ut par erat philosophi et iurisconsulti, hoc philologi. Quo modo illi munere suo functi sint non hic est locus examinandi, quam vero operam philologorum gens praestiterit hoc opusculo diiudicare ac ponderare mihi in animo est. Haud vereor ne in virorum doctorum vituperationem incurram quod post tot tantasque editorum excellentium, quorum in numero Stephanum, Astium, Bekkerum, Hermannum, Baiterum ponas velim, in hoc Platonis opere collocatas curas denuo Politiam severo examini subicio; etenim tam latum doctrinae campum Platonis dialogi nobis praebent ut eum totum peragrasse nulli contigerit, sed particulam tantum singulis explorare licuerit, itaque quamvis plurimos fructus legerint, tamen semper novam laetamque messem subsequentibus investigatoribus reliquerint. Sic Stephanianam editionem, quae Platonici textus fundamenta iecit ac per duo fere saecula ab hominibus tantumnon perfecta habita est, Astiana excipiens paene

obscuravit, cuius auctor [1]), cum intimam Platonicae dictionis cognitionem contraxisset, praeclarum neque unquam periturum opus condidit. At sua vice quantum Astii editio (1814) superata sit editionibus, quas Bekker, Hermann, Baiter (1874) procurarunt, non opus est ut fuse demonstrem. Sed ne horum quidem curis, licet iis nubes lectionum ex optimis libris mss. iisque accurate [2]) excussis petitarum numerusque ingens coniecturarum a doctissimis philologis, in quibus Cobeti, Badhami, Madvigii nomina tanquam soles splendent, prolatarum tot tantaque subsidia offerret, Politiam pristinam formam pristinaque sua ornamenta ac decora recuperasse in dies etiamnunc crescens emendationum acutissimarum numerus lucide ostendit.

Platonis Politiam ex iis dialogis esse qui hominibus semper maxime placuerint et pulcherrimi visi sint, non modo interpretationum [3]), sed etiam editionum [4]) magnus numerus

[1]) De quo imprimis valent quae Schanzius in „Festgruss der Philol. Gesells. z. Würzburg 1868 p. 97" scripsit ‚Si quis scriptorem cum fructu tractare velit, in eo potissimum elaborare debet ut eius sermonem quam accuratissime pernoscat, quippe cum hac re maximam partem et ars interpretandi et ars critica contineatur'.

[2]) Vide Schanzii verba (Specim. crit. p. 1) „Ad veterum libros recte edendos qui accedere vult, primarium eius munus est codices quam accuratissime excutere et quae inter singulos unius scriptoris libros ratio intercedat, diligentissime explorare. Nam superioris aetatis mos hinc illinc lectionem quae arridebat decerpendi hodie desitus est coli, cum non iam id agatur ut scriptori elegantiae obtrudantur, sed ut exploretur quid ab eo scriptum sit vere."

[3]) Civitatem verterunt *Latine* Antonius Cassarinus (Siculus, de quo vid. Philologum 1858. Homo mortuus est anno 1444 p. Ch. n.), Ficinus (1482), Cornarius (1561), Serranus (1578) — *Batave* D. Burger (1849) — *Gallice* Ludovicus Regius (1559), de la Phillonnière (1726 Lond.), Grou (II ed. 1851), N. Cousin (1822), A. Bastien (1876) — *Germanice* Schleiermacher, Schneider (II ed. 1850), H. Müller (1855), Wiegand (1855,6), Prantl (1857), G. Hess (1884) — *Britannice* Spens (1763 Glasg.), J. L. Davies and J. D. Vaughan (I ed. 1852), W. L. Newman, Jowett — *Italice* Eug. Ferrai (1882) et Ruggiero Bonghi (1883) necnon alii in alium sermonem.

[4]) Civitatem ediderunt praeter Aldum, Oporinum, Hopperum Stephanus (1578), Edm. Massey (1713 Cantab.), I. I. Stutzmann (I ed. 1805, Erl.), F. Ast (1804 = 1820, 1814, 1822), Bekker (1825 Lond.), Stallbaum (1829. 1850. 1858), Schneider (1830 Lps. 1841 Vratisl. 1846 Paris.), Hermann (1852), Baiter (IV ed. 1874), J. Martin (La Républ. 8ième liv. 1882), E. G. Hardy (Book I 1882, Lond.), G. H. Wells (Book I and II 1882, Lond.), Schmelzer (1884), B. Aubé

diserte declarat. Permulti [1]) praeterea viri docti in diariis et scriptionibus separatim editis suas in Politiam emendationes et coniecturas publici iuris fecerunt et saepe de illo opere optime meruerunt.

Ex magno autem editorum numero pauci tantum suo iudicio libere uti ausi sunt. Quae Madvigius de Stallbaumio et Hermanno verissime dixit „In Stallbaumio utinam diligentiam et consuetudinis Platonicae cognitionem iudicii subtilitas aequasset, Hermannum vellem rectos duces paulo interdum liberiore iudicio secutus esset", ea non minus valent de Schneidero et Jowetto; Stephanus contra et Astius et Baiter (1874) non anxie codicum scripturis adhaeserunt, sed ad coniectandi artem confugerunt, ubi codices οὐδὲν ὑγιὲς (ut Stephanus in ipsius ad lectorem φιλοπλάτωνα admonitione dicit) praebebant. Antequam autem singularum praestantissimarum editionum merita in brevi indicem, me nonnulla de Politiae codicibus [2]) monere necesse est.

Libri manuscripti, quibus Platonis Civitas nobis tradita est, XXXIII numero sunt. En eorum nomina et descriptio:

(La Répub. 6ième liv. 1884), H. Warren (The Republic Books I—V. 1888 Lond.), B. D. Turner (The Republic, Book X 1888), M. Wohlrab (Buch I, 1893), B. Jowett and L. Campbell (The Republic 3 voll. 1894. Oxf.)


[1]) *Citandi* mihi sunt (praeter Muretum, Heindorfium, Cobetum, Badhamum, Madvigium) Herwerdenus, Hirschigius, H. Richards, Groen van Prinsterer, Dobraeus, Naber, Heusdius, H. Heller, Faesi, O. Apelt, J. Richter, H. Jackson, W. H. Thompson, Cornarius (in Eclogis), J. Bywater, Liebholdus, Iw. Müller, H. Wolfius, alii. Hellero fata non concesserunt Civitatis editionem, quam per multos paraverat annos, absolvere. Vide M. Wohlrabii praefationem et Biograph. Jahrb. für Alterthumskunde 1892 (Conr. Bursian) p. 24 „Von seinem Nachlass ist nach Bruno Keil das ms. von Wert, welches den kritischen apparat zu der von ihm geplanten Ausgabe des „Staates" enthielt, wo er, wie es scheint die Ergebnisse einer eigenen, — bis zum 6 buch einschliezslich fortgeschrittenen — collation eingetragen und seine eigenen vermutungen vielmals angedeutet, oft auch ausgeführt, äusserst fleissig die fremden registrirt und fast stets beurtheilt hat."

[2]) De Platonis codicibus videantur Schanzius (Unters. über die Plat. Hands.; Studien z. Geschichte des Platon. Textes; Hermes 1877; Ueber den Plato-Codex der Mark. Bib. in Venedig 1877), A. Jordan (Fleck. Jbb. Supplem. bd. VII; Hermes 1878), C. Luczakowsky (Codicum Platonicorum index. Acad. Gymn. Lemberg. Prog. 1880—1), J. Kral (De codicum Platonicorum Parisini B et Veneti t auctoritate. Listy filologicke XII p. 354—81), M. Wohlrab (Die Platonhands. und ihre gegenseitige Beziehungen 1887).


	Nomen	Numerus		Saec.	
Parisini	A	1807 (olim 94 et 2087)	membran.	IX	Foliis bipartitis (quadragenorum quaternorum versuum) cum scholiis, a Cobeto et Schanzio (Mus. Rhen. 1878) accurate descriptus. Contulere Bastius, Faehsius (Sylloge Lectt.), Bekker, Duebner, quidam vir doctus in Baiteri usum, Cobetus, Heller (cf. Wohlrabii praefationem), Schanzius, Campbellius (1890, mense Iunio). Saepe correctus est. Codicis subscriptio — *ὠρθώθη ἡ βίβλοσ αὕτη ὑπὸ κ̈ μητροπ(ολίτου) ἱεραπ(όλεως) τοῦ καὶ ὠνησαμένου* i. e. *ὑπὸ Κωνσταντίνου μητροπολίτου Ἱεραπόλεως* — recens est. Politia foll. 3 R — 114 R continetur. Versus sunt fere vicenarum ternarum litterarum. Codex verborum omissionibus scatet.
Parisini	D	1810	bombycin.	XIII s. fin.?	Situ corruptus nec facilis lectu. Habet lacunam 429 C — 442 D (3, 184, 7 *τὸ* — 3, 208, 9 *ἰδιώτου*).
Parisini	K	1642	chartaceus	XV	Nitide scriptus. Post Stephanum ab editoribus Bipontinis et ab aliis collatus est.
Veneti	*Π*	185	membran.	XII	Cum scholiis perpaucis; caret 507 E — 515 D et desinit lib. X 612 E *ἔστι ταῦτα*. Contulerunt C. Nürnberger, Bekker, Schanzius, C. Castellani (in usum Campbellii). Bis — saec. XII s. XIII et XV — correctus est.
Veneti	*Ξ*	184	membran.	XV	Cum scholiis. Manu Ioannis Rhosi Presbyteri Cretensis, Bessarionis Cardinalis iussu scriptus. Contulere Aldus, Bekker, C. Castellani (in usum Campbellii).
Veneti	t	appendix 4. 1	membran.	XII	Foliis bipartitis c. scholiis. Antiqua manus scripsit Politiam usque ad 389 D, altera manus (saec. XV vel XVI) a verbis *ὑμῖν ταῖς* (sic) *νεανίαις πῶς δ' οὐ* incipit. In Mus. Rhen. 1878 codex a Schanzio antiquior saec. XII aestimatus est. A Cobeto parvi factus est.
Veneti		187	membran.	XV	Cum *Ξ* conspirare videtur.
Veneti		150			Contulit Nürnberger. Ab Astio in priores Reip. libros adhibitus est.
Vaticani	*Θ*	226	membran.	XIV ?	Sine scholiis. Codicis Vatic. *Δ δεύτερον βιβλίον* est.
Vaticani	m	61	bombyc. aut chart.	XIV ?	Caret libro primo.
Vaticani	r	1029 b	membran.	XIV ?	Foliis bipartitis, in duo voll. divisus.
Florentini sive Laurentiani	a	59.1	bombyc.	XIV	Cum scholiis.
Florentini sive Laurentiani	b	85.6	membran.	XII vel XIII	Cum scholiis; continet duo tantum libros. Ex clar[i] Rostagno sententia codex est saec[i] XIII. Inde a 358 E *πολλάκις τις νοῦν ἔχων* manus recens (saec. XV) incipit.
Florentini sive Laurentiani	c	85.9	membran.	XIV	Cum scholiis.
Florentini sive Laurentiani	n	85.14	chartac.	XV	Continet 400 C — 439 B (134, 5 — 201, 12 Bkk.). Incipit a verbis *ἀλλὰ ταῦτα μὲν κτλ.*
Florentini sive Laurentiani	x	85.7	membran.	XV	
Florentini sive Laurentiani	*α′*	80.7	membran.	XV	Videtur manu Theodori Gazae scriptus esse.
Florentini sive Laurentiani	*β′*	80.19	membran.	?	
Florentini sive Laurentiani	*γ′*	42	membran.	XIII	Accurate scriptus. *Octo Laurentianos codices contulit Franciscus De Furia.*
Vindobonenses	*Φ*	32 (= 6 = 109)	chartac.	XIV ?	Contulere Bastius, Bekker. A Schneidero littera B insignitus est.
Vindobonenses	E	1 (= 39)	chartac.	XIV ?	Cum marginali Ficini versione, fere absoluta, trium priorum librorum.
Vindobonenses	F	55	chartac.	XIV	Ad 395 E legitur *ἐντεῦθεν ἠρξάμεθα τῆς διορθώσεως ἀντιγράφου χωρὶς καὶ μὴ ζήτει ταύτην τρίσ ....*

Nomen		Numerus		Saec.	
Vindobonenses	D	4 (= 89)	chartac.	XV ?	Continet V priores libros.
		54		XV ?	Cum Lobcoviciensi conspirat.
					Codices Vindobonenses a Schneidero diligenter collati sunt.
Monacenses	q	237	chartac.	XV	Contulere Bekker et Schneider.
		490	chartac.	XV	A Schneidero littera C insignitus. Adhibuit Astius ad libb. VII et X. Contulere Krabinger et Schneider. Continet lib. VII cum parte X (usque ad 604 C ἀνθρωπίνων).
		514			
Cesenas	M	28.4	bombyc.	XIII ineunte.	Malatestianus cum scholiis. Contulit clar. E. Rostagno. A Campbellio magni, a Schanzio (Studien p. 67) parvi factus. A folio 339 R Πλατῶνος Πολιτεῖαι incipiunt. Nonnulla folia (pgg. 308—319 ed. Campb.) manu recentiore scripta sunt.
Lobcoviciensis			membran.	XIV	Foliis bipartitis tricenorum quinorum versuum. Contulit Schneider. Cum scholiis initio L. III deficientibus. Dicitur etiam Raudniciensis.
Ambrosianus	t	E 90	membran.	XVI	Non ultra p. 203, 3 (= 439 E) a Bekkero collatus.
Angelicus	v	C. 1.7	membran. et chartac.	XVI	Politia in foliis membraneis scripta est.
Palatinus	b		membran.		Continet Lib. VIII 566 D — 569 C, IX 573 C, 588 B (in.) — 592 A (=3.464,15 τύχη), X 613 A, 613 E — usque ad finem (3, 501, 19 ἃ μὲν τοίνυν usque ad 516, 6 περιαγειρόμενοι). Cf. Creuzer. Melet. I p. 98 sq.
Darmstadiensis			chartac.	XV	Continet inter alia Platonica 328 D ἀλλ' ἡμεῖς ἂν — 329 D ξυμβαίνει et 359 C usque ad fabulae de anulo finem.

Schanz Qua cognatione illi codices inter se contineantur et quae singulorum auctoritas sit diligenter Schanzius, Iordanus, Wohlrabius, Campbellius investigarunt. Ex iis, quae Schanzius in „Hermes" Vol. XII (Ueber die kritisch. Grundlage der Platon. Republik) disputavit, hoc stemma confeci:




In libro autem „Ueber den Plato Codex d. Mark. Bibl. in Venedig 1877" idem vir doctus sententiam in hunc modum [1]) mutavit:



[1]) Codex Laur. b, quem cum Ven. t¹ conspirare animadvertit, ei inde ductus esse videtur. Codicem Ven. Ξ ex Ven. t¹ fluxisse vel ex eo correctum esse

Iordan Sententia IORDANI (Hermes Vol. XIII 1878 Zu den Handschriften d. Rep.) de Civitatis codicum cognatione haec est:



De codicibus a et γ′ Schanzius rectius iudicavit: cum enim in Laur. γ′ verba *τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου*, quae in Θ t a c in Menexeni fine occurrunt, desint, codex a ex γ′ fluxisse nequit.

Wohlr. Quomodo WOHLRABIUS Politiae codices ordinaverit nescio, cum mihi eius liber „Die Platonhandsch. und ihre gegenseitige Beziehungen" praesto non fuerit. Hoc tantum novi eum codices in tres classes divisisse ob eamque rem a L. Cohnio in „Philol. Anzeiger 1887" vituperatum esse.

Campb. CAMPBELLIUS denique item tripartito libros mss. dividens hanc tabulam in Vol. II p. 96 codicum descriptioni subiunxit:

I) A b *α′ γ′*
II) *Π* D *q β′ K* r *Φ Θ* Vind. D E F
III) M *Ξ* m a c x *t v*

Codicibus t¹ et n locum non assignavit.

Etsi non in omnibus cum Schanzio facio, eius ratio mihi tamen probabilior quam ceterorum esse videtur. Aliquando fortasse, si accurate variae cuiusque codicis manus enotatae fuerint, certiora iudicia de cognatione, qua Politiae codices contineantur, proferre licebit, verum adhuc percaute virorum doctorum de ea suspicionibus et hariolationibus fides habenda est. Nunc redeamus eo unde digressi sumus.

Civitatis editiones praestantiores paucis recensuro mihi **Steph.** initium faciendum a STEPHANI editione. Is ad Platonis opera edenda praeter Aldinam et Basileenses editt. magnum codicum

---

et codices Vind. 1, Θ, t² ex communi fonte originem duxisse putat. Cum codicibus ΘΦr Laurent. n conspirare animadvertit.

numerum adhibuit, quos describere supersedisse valde dolendum est; sat multa tamen declarant eorum maximam partem non optimae notae fuisse. Multam operam se in editione sua paranda posuisse candide in monito ad lectorem testatur „ut autem", inquit, „Graecus contextus sicuti volgo vocatur quam fieri posset emendatissimus ederetur, non omnem lapidem, sed omnia bibliothecarum (ad quae aditus patuit) scamna partim ipse movi, partim movenda curavi." Ubi codices nullum auxilium praebebant, ad coniecturam eamque fere non audacem refugere non reformidavit, hic illic vulgatam non monito lectore mutans. Notae eius editioni adiectae etiamnunc quae perpendantur, dignissimae sunt.

Ast Duas ASTIUS Civitatis editiones memorabiles procuravit. Harum prior (anni 1814), etsi permulta — nam potius coniectura quam codicum ope Stephanianam editionem emendare conatus est — quae longa dies improbavit continet, tamen innumeris locis certam medelam Politiae attulit totque egregiis suspicionibus abundat ut eas religiose examinare et commendare si hac luce mihi dignae viderentur, non dubitaverim. In altera (anni 1822) editione adornanda Astius copiis quas Bekkeri admirabilis industria comparaverat usus nonnullos quidem errores in priore editione commissos ipse sustulit novasque aliquot suspiciones addidit, sed eius iudicii subtilitas quasi ingenti novarum lectionum mole oppressa paululum *ναρκῆσαι*, ut Platonico verbo utar, mihi visa est. Utraque tamen editione Civitatis textus immensum quantum provectus est.

Bekk. BEKKERI de Civitate edenda merita fere unice eximio apparatu critico continentur. Festinanter enim Platonis textum ex duodecim codicibus (A Θ D *Π K Φ t* m r *Ξ q v*), quos contulerat, constituit non semper optimos duces (A et *Π*) eligens, sed interpolato Monac. *q* incaute usus.

Stallb. STALLBAUMIUS editionibus annis 1829 et 1850 [1]) in lucem emissis non male de Politia meritus est quippe quod non — ut postea Hermanni exemplo adductus in edit. IIª Gothana comparanda fecit — temere codicibus fidem habuit, sed sanas

---

[1]) Editio stereotypa (1867, 1873 repetita).

emendationes (imprimis Astii) recipere ausus est hic illic ipse coniectandi periculum non semper infeliciter faciens. Usus est (praeter Bekkeri codices) octo codicibus Florentinis, quibus autem critica facile supersedere potest. Maximi fecit codd. A Θ q β′.

Schneid. Editio Schneideriana (1830) plane ut Bekkeriana ob unum apparatum criticum laudanda est. Praeter codices a Bekkero et Stallbaumio adhibitos quinque codices Vindobonenses unumque Lobcoviciensem diligenter excussit. Iudicii subtilitas ei maxime defuit et iucundissimum est videre ut in posteriores editiones bonas lectiones, quas in editione Lipsiana (1830) magno anfractu condemnasset ob illam solam causam quod in Parisino A ex Bekkeri collatione non adessent, silentio introduxerit, quia Duebneri collatio eas et illic adesse ostendisset.

Herm. Editio Hermanni multum Civitati profuit, sed eo maxime peccat quod eius auctor Parisino A, cuius creberrimae vocabulorum omissiones fere omnes ad unam librarii incuriae debentur, nimis obtemperavit litterarumque apicibus, ut aiunt, anxius adhaesit. Plurimos locos acutissimis iisque parum violentis emendationibus emaculavit.

Bait. Etsi Baiter (1874 [1])) in Politia edenda Parisino A plurimam auctoritatem tribuendam esse iure censuit, tamen coniectura uti maluit quam argutiis (ut imprimis Schneider nec non Hermannus hic illic fecit) locos corruptos contortosve defendere. Dolendum est eum ex magno coniecturarum numero, quas alias ab aliis viris dd. prolatas in prolegomenis congesserit, praeter illas quas in textum receperit, perpaucas tantummodo tractasse.

Schmelz. Editio Schmelzeri [2]), quae ex Hermanniana fere tota fluxit, nullius momenti est neque eius Platonis mentis explanatio subtilis. Fugit virum doctum Politiae libros praeter primum ludis minime aptos esse, itaque parum diligentem interpreta-

---

[1]) Haec a Baitero novissime recognita editio post eius mortem immutata repetita est annis 1881, 1887, 1895 (= ed. VII).
[2]) Recensa est in „Berlin. Philol. Wochens. V 43".

tionem academiarum alumnis nullum fructum praebere posse.

Wohlr. Civitatis liber I^us a Wohlrabio [1]) recognitus multis nominibus proximam editionem superat. Litteras additicias $\bar{\nu}$ et $\bar{\varsigma}$, quae hiatus vitandi causa adhibentur, ex Helleri codicis Parisini A collatione sedulo vocabulis apposuit. Eiusdem notulas ineditas hic illic adiecit.

Jowett and Campb. Novissimam Politiae editionem [2]) Iowett et Campbell procurarunt. Qui cum non auderent a Parisini A scripturis ne digitum quidem transversum recedere, argutiis vel certissimas correctiones πάνυ σοφιστικῶς refutare coacti sunt. Debetur tamen Campbellio maxima gratia propter diligentissime confectam Parisini A collationem (Vol. II. p. 132—145) et perdoctas aliquot notas explicationesque in Voll. II et III congestas.

Postquam Politiae textus constitutionem nondum — ut initio dixi — perfectam esse vidi, consilium cepi virorum doctorum Civitatem quam emendatissimam reddendi conamina pro virili parte adiuvare. Quid meo libello, in quo *quinque priores libros* (reliquos postea me tracturum sperans) *perpetua annotatione illustravi*, assequi conatus sim paucis mihi indicandum est. Primum permultas bonas Astii, Hirschigii, aliorum coniecturas, quas iniuria recentiores editores sprevissent, commendare novisque argumentis firmare studui. Deinde non paucas emendationes, quas temere iidem in textum recepissent, refutare mihi curae fuit [3]). Tum quam diligentissime [4])

---

[1]) Recensa editio est in „Revue des Etudes grecques n° 22, 314—5", „Berlin. Phil. Woch. 1894", „Class. Review 1894".
[2]) Recensa est in „Berl. Phil. Wochens. 1895 p. 961—76 ab O. Apeltio", „Neue Philol. Rundschau 1895 p. 227—31", „Academy 1895 p. 269—70", „Litt. centralbl. 1895 p. 794—5 a Wohlrabio".
[3]) Rectissime Schanzius (Specim. crit. 1867 p. 19) „Si gravissimum critici officium est a codicis optimi vel codicum optimorum scriptura non recedere nisi iusta causa adest vel ex usu sermonis vel e sententiarum nexu ducta, ei nonne etiam hoc debet curae esse, ut aliorum dubitationes temere motae tollantur, coniecturae non recte excogitatae excludantur, interpretationes falsae abiciantur?".
[4]) Opuscula aliquot inspicere mihi non licuit.

potui emendationes inde a Baiteri editione quarta (i. e. inde ab anno 1874) usque ad anni MDCCCXCIV finem a plurimis viris doctis prolatas memoravi. Hanc enim boni editoris officii partem fere semper editores novissimi neglexerunt sive illas emendationes (quarum fere non una est quam non tractavi) mentione indignas habentes sive earum colligendarum taedii plenum opus refugientes. Postremo nonnullas suspiciones et coniecturas e mea gaza prompsi imprimis attendens sicubi librarii spuria cum genuinis miscuissent, cum mihi probe persuasum sit Platonis scripta insulsis additamentis [1]) maximas labes contraxisse. Hic illic orthographiam tractavi et locos aliquot obscuros interpretari atque explanare suscepi.

Praefandi finem faciens eos quibus audacior fuisse visus fuerim, rogatos velim ne succenseant, sed recordentur verum ex opinionum contentione ὥσπερ ἐκ πυρείων ἐκλάμψαι.

Hagae Comitum MDCCCXCVI
a. d. XV kal. Mart.

---

[1]) Verissime Schanzius (Studien p. 30) „Die Hauptaufgabe des Platocritikers wird immer die sein, die vielen unechten Zusätze auszuscheiden."

ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

De titulo et de in decem libros divisione haec dicenda habemus.

I.

Nullo pacto dubitari potest quin Plato hoc opus suum *Πολιτείας* nomine inscripserit: et testes citare multos eosque fide dignissimos possumus, ex. gr. Aristotelem passim, Ciceronem in de Divin. 1. 29, Galenum in de Platon. et Hippocrat. decretis p. 735 κατὰ τὸ πέμπτον τῆς Πολιτείας, Clem. Alexandr. Strom. III p. 519, Clearchum Solensem, qui scripsit librum περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶν εἰρημένων (vid. Athen. IX), Diogenem Laertium III 60 πολιτεία ἢ περὶ δικαίου, πολιτικός, Eusebium passim, Proclum [1]); et scimus et alios scriptores eiusmodi scriptis idem nomen dedisse (Protagoram, Antisthenem [2]) περὶ νόμου ἢ περὶ πολιτείας, Xenocratem [3]) περὶ πολιτείας, quamquam is apud Suidam περὶ τῆς Πλάτωνος πολιτείας scripsisse fertur). Tamen iam antiquitus praeter hanc inscriptionem et alia pervulgata fuit: nam Moeris rhetor, qui sub Hadriano floruit, Platonis *Πολιτείας* memorat (vid. i. a. p. 208 λέγει — sc. Πλάτων — πολιτειῶν γ̄) et Olympiodorus in suis

---

[1]) Quibus addi possunt Hermias (Comm. in Phaedr.), Theon (Prog. p. 11 ed. Cram.), Harpocratio, alii.
[2]) Diog. Laert. IV 6.
[3]) Diog. Laert. IV 12.

in Gorgiam commentariis identidem Civitatem *τὰς πολιτείας* appellat.

Quae cum apud veteres scriptores exstet discrepantia, non mirum est codices nostros item in diversas partes abire. Maior autem pars cum Olympiodoro et Moeride facit, quorum agmen ducit praeclarus ille Parisinus, A littera insignitus, in quo haec inscriptio est:

Πλάτωνος

Πολιτεῖαι — ἢ περὶ δικαίου. Α

Eadem in codice Malatestiano, a L. Campbellio post Par. A et Ven. *Π* plurimi facto, recurrit (omissa littera *Α*). Utrumque [1]) titulum prima manus Veneti t servavit: invenimus enim *Πλάτωνος πολιτείας ἢ περὶ δικαίου ᾱ*, *Πλάτ. πολιτεῖαι ἢ π. δ. β̄*, *Πλάτ. πολιτείας ἢ π. δ. γ̄*; altera autem pars eiusdem codicis (i. e. man. secunda) ubique habet *Πλάτωνος πολιτειῶν τέταρτος*, *πέμπτος* etc. In codicibus Florentinis (uno *γ'* excepto: *Πολιτείας ᾱ*) et Vindobonensibus sive *Πλάτωνος πολιτειῶν ᾱ* sive *Πλάτωνος πολιτεῖαι ἢ περὶ δικαίου ᾱ* scriptum invenimus. In Monacensi q legitur *Πλάτωνος Πολιτειῶν, πρώτη*; at subscriptio primi libri est *τέλος Πολιτείας πρώτου*, secundi libri autem subscriptio *τέλος πολιτειῶν, δευτέρας*. De ceteris codicibus nihil certi afferre possum, si vero ex veterum editionum titulis [2]) (omnes *Πολιτειῶν* exhibent) nonnihil colligere licet, satis verisimile est Bekkeri quoque codices omnes potius *πολιτειῶν* nomen quam *πολιτείας* (gen. sing.) in fronte gerere. (Codicum cognationem e titulis quoque quodammodo cognosci posse neminem fugiet.)

Omnibus autem viris doctis persuasum est unice veram esse *Πολιτείαν* inscriptionem idque e multis ipsius Platonis locis Stephanus et Astius lucide demonstrarunt [3]). Quaerenti

---

[1]) Qua ex discrepantia quodammodo patet illius codicis manum primam non statim e Par. A fluxisse.

[2]) Aldina exgr.: *Αἱ πολιτεῖαι, ὡς μία βίβλος, πολιτικαί, αἵτινες εἰς δέκα διαιροῦνται διαλόγους.*

[3]) Isocratea (Philip. 12. 13) verba (*νόμοις καὶ*) *πολιτείαις ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμέναις* minime demonstrant *πολιτειῶν* nomen ab ipso Platone profectum esse et potius in contrarium cedere videntur.

unde altera (*πολιτεῖαι*) inscriptio orta sit, nullum certum responsum dare possum, sed verisimile esse duco partim eo quod in fine operis diversa reipublicae genera (*πολιτεῖαι*) describantur et recenseantur, partim numero plurali cognati dialogi, cui *Νόμοι* nomen inditum est, itemque numero plurali Aristotelis *Πολιτικῶν*, ubi eadem reipublicae genera examinantur quae apud Platonem, effectum esse ut in scholis iuxta *Πολιτείας* et *Πολιτειῶν* nomen paulatim invaluerit. Non opus est me monere in ea nominis mutatione Aristotelis *Πολιτείας* nullius momenti fuisse nimio discrimine inter haec duo scripta intercedente.

Restat ut de additicio titulo *περὶ δικαίου* pauca dicam. Is procul dubio non a Platone adiectus est, sed falli Schneider mihi videtur ratus propter Diogenis (III 57) verba eum Thrasyllo attribuendum esse. Primum, quae et Cobeti sententia fuit, non de illo Thrasyllo, qui sub Tiberio floruit, cogitandum; deinde, etiamsi Thrasyllo dialogorum in tetralogias divisio relinquenda est (licet aliter sentiant v. v. d. d. Usener [1]) et Weilius [2]) Tyrannioni, Dionysii Thracis discipulo, eam tribuentes), minime sequitur eum et additicios titulos quibus dialogi distinguuntur, excogitasse. Immo, ut Alexandrini Herodoti libris musarum nomina dedere vel Homeri rhapsodiis illas partim iam in vulgus notas inscriptiones quae argumenti vice funguntur, quales sunt *τειχοσκοπία*, *μήνιδος ἀπόρρησις*, aliae, imposuere, sic et Platonis dialogis illos titulos adiecerunt. An vero alterum quoque additamentum *πολιτικὸς* Alexandrinis tribuendum sit pro certo statuere nequimus, etsi multa id probare videntur. Ad illud *πολιτικὸς* sine dubio *διάλογος*, non *λόγος* neque *ἀνὴρ* subaudiendum est, ut quis si forte dubitat e clar. R. Hirzelii (Hermes 1876) disputatione optime discere potest.

Non hic est locus commemorandi quot quantasque controversias inter viros doctos altera illa *περὶ δικαίου* inscriptio pepererit, ipsis vero antiquis quaestionem de optimae reipu-

---

[1]) Vid. Götting. Gel. Nachr. 1892.

[2]) Journ. des Sav. 1892.

blicae forma altera de iustitia bonique idea multo graviorem visam esse vel solum nomen *τὰ πολιτικά*, quo apud Olympiodorum Respublica praeterea audit, documento est [1].

II.

Ut iam supra inscriptionis additamenta, sic nunc et Politiae in decem libros divisionem Alexandrinis tribuimus, quos constat tam Thucydidis quam Herodoti scripta in libros divisisse; quumque Aristophanes Byzantius Platonis opera in trilogias partitus sit, nullius audaciae est sumere eundem simul Politiam et Leges, crassa volumina, in aliquot fere aequas partes distribuisse. Cui opinioni non adversatur nota A. Gellii (XIV 3) de separatim edita Politia narratio „lectis *duobus fere libris* qui primi in vulgus exierant"; nam sive merum hoc commentum est, ut Zellero videtur, sive revera Politia additamentis paulatim crevit, Gellius vel potius is qui illius fabulae auctor est, sine dubio quum verbis illis *libris fere duobus* uteretur, de eadem librorum quam et nos novimus divisione cogitabat, quamquam nullo modo ex decem illis duo vel fere duo sic eligi possunt ut totum efficiant.

Qualem operam Aristophanes Platonis scriptis edendis ac corrigendis impenderit quantumque nova a vulgari (*δημώδει*) editione discrepuerit, non amplius definire licet, itaque praestat virorum doctorum, velut Mahaffeii [2] (hiatus ab Alexandrinis sedulo expulsos esse putantis), hariolationibus fidem recusare. Post autem fere sesquiseculum haec editio tot tantisque mendis oppleta fuisse videtur ut Atticus, si vera sunt quae v. d. Usener in diario „Gött. Gelehrte Nachr. 1892" perdocte disputavit, melioris editionis parandae consilium ceperit. Clar^us^ Usener, cui Weil adstipulatur, non modo Platonis textum qualem codices nobis tradiderunt ex Attici libraria officina

[1]) Vid. praeterea Etymol. Mag. p. 31. 17 *ἀσμεναίτατα μέντοι Πλάτων ἐν α' Πολιτικῶν* (v. l. *Πολιτειῶν* et *Πολιτείας*). Antiattic. Bkk. anecd. p. 100. 21 *ἰδίωσις· Πλάτων τετάρτῳ* (l. *πέμπτῳ*) *Πολιτικῶν*.

[2]) Cunningham memoirs 1891. On the Flinders Petri papyri.

provenisse, sed etiam ex Aristotelis Platonicorum scriptorum exemplari descriptum esse contendit. Priorem opinionem iam Schanzius (Hermes 1881) protulerat, quia Galenus se Timaeum in *Ἀττικιανῷ* legisse narrat, ego autem cur improbem non habeo; altera vero non temere probanda est et potius credo (si Attico revera Aristotelis bibliothecae copia fuit) Alexandrinam editionem Tyrannionis opera ex Aristotelis apographis, quae sine dubio madore non minus corrupta erant quam ipsius Stagiritae scripta, correctam tantum esse veteremque Politiae in X libros divisionem, qua Aristotelis apographa nimirum carebant, ab Attico intactam relictam esse.

In maiore codicum parte singuli libri *λόγοι* vocantur neque aliter in editione Aldina: *Πολιτειῶν πρῶτος*. At in reliquis codicibus legimus aut *Πλάτωνος πολιτειῶν Ā* aut *Πλάτωνος πολιτειῶν πρώτη*, ad quod *πρώτη* utrum *βίβλος* an *πολιτεία* subaudiendum sit ambigi potest. Codex Parisinus A inscriptionem exhibet hancce: *Πολιτεῖαι. Λ̄*, qui numerus indicat primum Politiae librum esse dialogum trigesimum totius corporis (*σώματος*) Platonis scriptorum, quumque in nonnullis codicibus in Menexeni fine verba *τέλος τοῦ πρώτου βιβλίου* reperiantur, illud *σῶμα* in duo *τόμους* divisum fuisse manifesto patet. In Veneto t (append. 1. 4) similiter praeter verba *Πολιτείας ᾱ* legitur littera *Λ*.

LIBER PRIMUS.

N.B. Lectorem monitum volo me meas annotationes composuisse ad Stallbaumii editionem stereotypam „Platonis opera omnia uno volumine comprehensa, 1850" et ea quae ibi silentio praetermisi, tacite probasse (quae ad orthographiam et interpunctionem pertinent, raro attigi). Editiones ad quas in meis notis lectorem refero sunt haece: Astii 1822, Bekkeri 1826 (Priestly, Lond.), Schneideri 1846 (Par.), Hermanni 1852, Baiteri 1895 (= 1874), Schmelzeri 1884, Wohlrabii 1893, Jowetti et Campbellii 1894 (Oxf.).

☞ Uncinis quadratis delenda inclusi, uncinis fractis addenda.

Pag. Steph.

Codex Venetus t (append. 1. 4) primi libri argumentum continet, quod M. Schanz. in libro suo „Ueber d. Plato Codex d. Mark. Bibl. in Venedig 1877" exhibuit.

327 A Vir doctus C. G. Montijn Politiae exordii simplicitatem laudans apposite haec in suis Quaestionibus et Explicationibus Platonicis (Ultraj. 1864) dicit: „Solebant veteres multum operae consumere in primis scriptorum suorum verbis. Cicero ad Atticum 16. 6 „Habeo volumen prooemiorum. Ex eo eligere soleo quum aliquod *σύγγραμμα* institui." A Diogene Laertio (V 48) laudatur Theophrasti liber *προοιμίων*."

Recte hic [1]) in verbis *εἰς Πειραιᾶ* et in 439 E *ἐκ Πειραιῶς* codices articulum omittunt, itaque etiam in 328 *c* V. L *εἰς* [*τὸν*]

[1]) Demetrius de Elocut. bis haec verba citans <*τὸν*> *Πειραιᾶ* scripsit.

Πειραιᾶ sine dubio in textum recipienda est (cf. CIA n⁰ 660_{47},

B anno 390—385 a. Ch. n., *Δορκὰς ἐμ Πειραιεῖ οἰκοῦσα*). || Similiter codd. in trita locutione *πρὸς ἄστυ* modo (vid. ex. gr. 327*c*) artic. omittunt, modo addunt, male: omittendum esse artic. aliae huiusmodi locutiones (*κατὰ πόλιν* Theaet. 142 A, *εἰς λιμένα* ibid., *ἐν ἀγορᾷ* Rep. 371 *c*) satis superque docent, quum in *quotidiano* sermone *nulla alia voce opposita* adhibentur: sic in Phaedri init. *ἐν ἄστει*, sed ibid. 230 CD *ἐκ τοῦ ἄστεος*. Vide et Menex. 243 E *ἔκ τε γὰρ τοῦ Πειραιῶς καὶ* (l. *κἀκ*) *τοῦ ἄστεος*. — De formula *ἦ δ' ὅς* confer quae A. Ludwich in Mus. Rhen. 1886 p. 437—453 disputavit.

C Corrige *Ἀδείμαντος* et *καὶ ὁ* (sive *χὠ*) *Νικήρατος*; vide dicta ad 334 E. — Recte Stallb. V^{am} L *ἐν λείπεται* retinuit, sic Ast, Bekk., Schneid., Bait., Schmelz. („tertium datur"), Campb. Frustra Herm. et Wohlr. *ἐλλείπεται* defendere student verbis Philebi c. 8 *τὸ δ' αὐτό μοι τοῦ λόγου ...... ἐλλείπεται.* Venetus t m^{I} *ἐλείπεται*, in mg. legitur *γρ. ἐν λείπεται*, perinde atque in Parisino A. Ex Theaeteto 188 A conferri potest *ἄλλο γ' οὐδὲν λείπεται κτλ.* — Verba *ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων* non a *διανοεῖσθε* pendent ut Ast praecipiebat, quia hic *οὕτω* additum est; vertendum est „quae cum ita sint, cogitate quid vobis faciendum sit." Verba *ὡς — ἀκουσομένων* sunt gen. absolutus, qualis apud Arist. Av. 1513 obvius *ἄκουε δή νυν — ὡς ἀκούοντος λέγε* et apud Plat. Euthyd. 295 A ult. *ὡς ἀποκρινουμένου ἐρώτα.*

328 A In codd. aliquot *ἀφ' ἵππων* post *τῇ θεῷ* collocatum, et ita unus Bekk. edidit, at vulgatus verborum ordo, opinor, maiorem vim obtinet. Verisimile est in eo exemplari, ex quo codices illi fluxere, verba *ἀφ' ἵππων* utpote a librario primum omissa postea verbis *τῇ θεῷ* superscripta fuisse, dein in novis apographis

B describentium culpa in malam sedem devenisse. || Pro *Παιανιέα* lege *Παιανιᾶ.*

C Notetur parataxis in verbis *ἐπί τινος προσκεφαλαίου τε καὶ δίφρου* pro *ἐπί τινος προσκεφαλαίου ἐν δίφρῳ.* Conferri potest versus Homericus *εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι τάπησί τε πορφυρέοισιν.* Ex his et ex iis quae statim sequuntur manifesto apparet Platoni mente Homerum obversatum esse et praecipue grandaevi ac venerabilis Nestoris imaginem inter filios suos sedentis

et suaviter loquentis (vide Telemachi in Pylum adventum) neque igitur nos poetica dictio offendat necesse est. Sic v. c. verba *οὐ δὲ θαμίζεις* (ita enim cum Nitzschio ad Hom. Od. II p. 18 Stallb. 1858. Bait. Wohlr. Campb. legunt pro *οὐδὲ θ.* [1]) verba Vulcani ad Thetida Calypsusque ad Mercurium *τίπτε μοι.... εἰλήλουθας; πάρος γε μὲν οὔ τι θαμίζεις* nobis in mentem revocant. Illud *δὲ* in verbis *οὐ δὲ* mihi displicet, cum nullus sit locus huic partic. adversativae, si quis sermonem incipit. Legendum est utique *δή*, quod sexcenties a librariis in *δὲ* convertitur. Astio *οὔ τι* conicienti non obtemperandum censeo, etiamsi constaret illa verba (*οὔ τι θαμίζεις*) in proverbium abiisse. Verbum *θαμίζειν* non esse poeticum satis demonstrant hi loci: Hipp. Maj. 281 B, Legg. 843 B, Xenoph. Cyrop. 7. 3. 2 *θαμίζων ἐφ' ἡμᾶς*. — In nonnullis codd. recte *ᾖ* pro *ᾖν* traditum est et ita Bkk. Bait. Wohlr. ediderunt. Vitiosam formam retinent Herm. et Campl. Vide Cobetum Mnem. A. S. IX p. 381. 2. In Veneto t m^{I} *ᾖ* m^{II} *ᾖν* traditum est idemque scholion, quod
D in Par. A *ἀντὶ τοῦ ἤμην ἀττικῶς*. || Recte Ast *νῦν δὲ σὲ* (pro *σε*) *χρὴ* correxit, at et in proximis requiri *οὐδὲν ἂν σὲ ἔδει*, quia *ΣΕ* voci *ἐγὼ* oppositum sit, recte Wohlr. vidit. Senescentis sermonem arguunt crebrae illae iterationes quales sunt *δεῦρο ἰέναι, πυκνότερον δ. ἰέναι* et *ἡδοναί, ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί*. — Pro *νεανίαις* Venetus *Π* et Stob. *νεανίσκοις* exhibent et sic recte Bekk. Ast. Stallb. (1858) ediderunt, vide ex. gr. Lysidis init. Paulo post legendum erit *ὡς [παρὰ] φίλους κτλ*; notum est in eiusmodi comparationibus librarios semper prave praepositionem iterare; cf. ex gr. Phaedon. 67 D *ὥσπερ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος*, Tim. 79 A *ὥσπερ αὐλῶνος διὰ τοῦ σώματος*, Euthyph. in. *ὡς πρὸς μητέρα τὴν πόλιν*. — Parisino A *χαίρω [γε]* exhibenti Bait. et Wohlr. obtemperarunt (non item Herm. nec Campb.), prave, quia hic *γε* necessarium est; vertendum enim „Recte sane me mones, Cephale, perlubenter certe colloquor etc." Graviter falluntur viri docti, qui putant post *καὶ μὴν* et *ἀλλὰ μὴν* voculam *γε* addi propter *μὴν* nec perspexerunt ubi *γε* additum sit, id aut absolute positum esse (333 *c καὶ μήν, ὅταν*

---

[1]) Quod multo sudore inepte defendere Schmelzer studet.

γε [1]) *πλοῖον*) aut cum *καὶ* et cum *ἀλλὰ* iungendum esse, itaque particulam *μὴν* sermonem alacriorem tantum reddere. Si *καὶ* in *καὶ μὴν* vim intensivam habet (ut in *καὶ πάνυ, σφόδρα, μάλα* etc.), tum significat sive *profecto* (in responsione 427 A, 328 D) sive *iam vero* (in argumentatione 413 D) sive *agedum* (cf. 445 *c*); sin *καὶ* copulandi vim retinuit, tum *καὶ μὴν* argumentationibus nectendis (*καὶ*) ac corroborandis (*μὴν* = sane) inservit. Similiter *ἀλλὰ μὴν* modo in argumentando (*atqui, at vero, iam vero*), modo in negando (si sententia negativa ante-
E cesserit, per „profecto" verti poterit) adhibetur. || Non opus est cum Stob. *ὁποία τίς ἐστι* legere. In subsequentibus *ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασιν εἶναι οἱ ποιηταὶ* moneo (propter Astii vitiosam versionem „quod senectutis limen esse dicunt poetae") pron. *ὃ* esse objectum tantum verbi *φασιν*, non simul subjectum verbi *εἶναι*. — Verba *χαλεπὸν τοῦ βίου* editoribus multas molestias attulerunt; Heindorfium autem *τι* ad *χαλεπὸν* subaudientem ita probo [2]) ut etiam in textum *τι* recipiendum ducam, quum genit. *τοῦ βίου* tanquam in aere suspensus ferri nequeat nec magis ad *τοῦτο* referri possit, id quod Schneid. et Schmelz. inepte putarunt. Parum idonee Ast. *χαλεπὸν* masculinum sumens conferri jussit Gorg. 519 E *συχνοὺς... τείνω τῶν λόγων* sive Rep. 416 B *τὴν μεγίστην τῆς εὐλαβείας*. Doederlinus V^{ae} L. *χαλεπὸν τὸ τοῦ β.* male patrocinatus est, Liebholdi autem (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) *διάνοια*, ut Socratis in Theaet. verbis utar, monstrum *χαλεπὸν τέλος τοῦ βίου* peperit.

329 A Bekk. et Schneid. cum codd. nonnullis *οἷόν γ' ἐμοὶ* (ceteri editt. *γέ μοι* retinuerunt) minus recte ediderunt, quia Socrates in 328 E rogaverat *καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ τί σοι φαίνεται*, ubi *σοι* facile accentu carere potest, cum praecedat *σοῦ*. Post *οἷον* saepius *γε* ponitur, cf. 396 E. — In Malatestiano codice ad *π. παροιμίαν* hoc scholion adscriptum est: *περὶ „ἀεὶ κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει,"* quae vera senarii, ab aliis codd. aliter traditi, forma esse videtur. — Praeter Stallb. nemo

---

[1]) Hic part. *γε* trajecta est, ut saepius ap. Platon. Vid. ex. gr. 333 A *πρός γε καρποῦ κτῆσιν*.

[2]) Post *χαλεποΝ* pron. *τι* facillime excidere potuit.

editor Astii c^am^ ξυνόντες pro vulgato ξυνιόντες recepit nec sane
erat cur codd. scriptura sollicitaretur. Quamquam egregie par-
ticipio ξυνιόντες carere possumus, senili tamen orationi relin-
quendum est. Heller quoque (Cur. Crit. p. 7) traditam lectionem
defendit. — Varia lectione πότους τε καὶ εὐωχίας (sic Stallb. 1829),
quam complures codd. c. Stob^o^ praebent, tria illa πότους, εὐωχίας,
ἄλλ' ἅττα tanquam in unam voluptatum speciem coalescentia
melius verbis περί τε τἀφροδίσια opponuntur; cf. ex. gr. 332 c
B φάρμακά κτλ. 337 D. 380 E (bis). 398 D. 411 A. 460 A etc. ||
Clar. R. B. Hirschigio (Misc. Phil. et P. 1851) ἕνεκά γε γήρως
delenti nemo adhuc obtemperavit, at tria illa verba scholion
sunt ad τοῦτ' αἴτιον adscriptum. Non legisse videtur Cicero
(Cat. M. 3. 7), cum verterit „Nam si id culpa senectutis acci-
deret, eadem mihi usu venirent reliquisque omnibus maioribus
natu." Verbosa, non puerilis Cephali oratio est. — Illud abun-
dans ἔφη in ἐρωτωμένῳ ὑπό τινος· πῶς, ἔ φ η illustrent Apolog.
20 B τοῦτον οὖν ἀνηρόμην ..... ὦ Καλλία, ἦν δ' ἐγώ et Rep. 449 B
C ὧν ἄλλο μὲν κτλ. || Denuo mihi cum Hirschigio (Philol. 1854)
delenti (probante Cobeto Mn. 1855) verba ἔτι οἷός — συγγίγνεσθαι
faciendum. Primum Cicero (Cat. 14) et Theon (Prog. p. 14) ea
verba omiserunt, dein Plutarchum modo sic ὁ Σοφ. ἐρωτηθεὶς εἰ
δύναται [1]) γυναικὶ πλησιάζειν, εὐφήμει... εἶπεν, modo sic ὁ γὰρ Σοφ.
ἄσμενος ἔφη τὰ ἀφροδίσια γεγηρακὼς ἀποπεφευγέναι eandem rem
narrantem patet mera neque exacta paraphrasi usum esse. Quae
cum tamen alicui parvi momenti argumenta videri possint,
hoc addam. Verba πῶς ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια minime (summae
enim rusticitatis fuerat tale quid rogare) significant „Adhuc
ad res venerias utendas vales? (i. e. Esne nondum tam decre-
pitus ut in coitu ne corruas metuas?)," sed „Adhucne ἀφροδι-
σιάζειν soles? (i. e. adhucne veneris irritamenta sentis?)",
quocirca nequaquam sequi potest „Adhucne ad coeundum cum
muliere vales?" Eum verum [2]) esse sensum etiam e Sophoclis
responso clare elucet „ἀσμεναίτατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον κτλ,"
i. e. ut Ciceronis verbis utar „libentissime istinc profugi;" illud

[1]) Utique legendum est <ἔτι> δύναται γυναικὶ κτλ.
[2]) Cicero (Cat. 47) „Cum ex eo quidam quaereret utereturne rebus veneriis etc."

istinc (αὐτὸ) enim amoris impetus ac cruciatus significat, mi-
nime autem facultatem (ἔτι οἷός τ' εἶ) rebus veneriis utendi,
qua neque alii nec Sophocles, ni fallor, ἀσμεναίτατα destituebatur.
Praestat αὐτὸ [1]) ἀπέφυγον quam αὐτὰ ἀπέφυγον (sic Clem. Alex.,
Theodoretus, Theon) legere, quia αὐτὰ τἀφροδίσια tantum indi-
cat, αὐτὸ vero τοῦ ἀφροδισιάζειν impetum, quem Sophocles
festive cum agresti ac furioso domino comparavit. Parum
recte Bait. et Campb. ἀσμενέστατα pro ἀσμεναίτατα revocarunt;
testimoniis Eustathii et Etym. Magni ab Astio allatis addas
Phrynichi (Bkk. p. 12. 11) ἀσμενώτερος διὰ τοῦ ω. τὸ ἐπίρρημα
ἀσμεναίτατα. Optime Clemens Alex. (probante Herwerdeno
Mn. 1883) in ipsis comparationis verbis participium ἀποφυγὼν
omisit, quod qui viri docti tamdiu tulerint, vehementer miror. —
Paulo post omnium Politiae codicum principes Par. A et Ven. *Π*
conjunctionem γὰρ post ἐπειδὰν omittunt secutique sunt Herm.
Bait. Schmelz. Wohlr. Campb., *recte* (quamquam non erat cur
interpunctio [2]) ita mutaretur ut structura contorta fieret), quum
Cephalus bis idem dicat, illic causam (εἰρήνην) iuxta effectum
(ἐλευθερίαν) ponens, hic effectum (τὸ ἀπηλλάχθαι) causae (ἐπειδὰν
D αἱ ἐπιθ. κτλ) submittens. || Stallb. (1829) rectissime (Baitero
prob.) ἔστι delendum censuit; utinam ipse conjecturam in textum
recipere ausus esset! — Alterum illud ὦ Σώκρατες ut ex praece-
dentibus male repetitum expungatur, quod non necesse est
attente auscultantem Socratem iterum a Cephalo interpellari. —
Ultima tertii capitis vocabula τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει Herwerd.
(Mn. 1883) eliminans falli mihi videtur, quia exquisite τῷ
τοιούτῳ [3]) singul. numero adhibitum totam speciem τῶν δυσκόλων
E significat nec Cephali verbositate nos offendi oportet. || Noli
c. Herwerdeno (Mn. 1883) corrigere ἐκτῆσθαι, quia κεκτῆσθαι et
ἐκτῆσθαι ap. Platonem promiscue usurpantur post consonantem
(cf. Cobet. in Mn. 1862 p. 168). — Cobeto (Mn. 1884) mox

[1]) Illud αὐτὸ praeterea indicat Sophoclem ipsum τῶν ἀφροδισίων nomen efferre refugisse. Quamquam igitur αὐτὸ explicare possumus, fieri tamen potuit ut postquam textus interpolatus sit, αὐτΑ a quodam correctore in αὐτΟ mutatum sit.
[2]) Rectissime Wohlrab. colon posuit, contra reliqui editores male comma.
[3]) Cf. 343 D ὁ τοιοῦτος τῷ τοιούτῳ.

γε post *ὅσον* transponenti ut nota structura *οὐ μέντοι — γε* (verbo interposito) salva evaderet, obtemperandum est. Postquam *γ'* post *ὅσον* interierat, corrector quidam *γε* in malam sedem reposuit.

330 A Optime Ast (1814) Attice *εὐδοκιμοίη* rescripsit, at editores non obtemperant, quamquam multi Platonis codices (Par. A hic illic) formam Atticam servarunt. Ubique Platoni optativorum formae *-οίην* et *-ῴην* reddendae sunt propterea quod *ATTICE* Plato scripsit. — In § ult. Schneid. Herm. Bait. Campb. *τὰ πλέω* scripserunt, sicut ap. Atticos singularis neutr. fere *πλέον* est. Per *ει̅* ap. Atticos vulgo (vide Meisterhans^2 p. 120) formae contractae scribuntur (*πλείω* — acc. sing. et plur. —, *πλείους*), itaque si *uno* vel *duobus* locis Par. A *πλέους* et *πλέω* praebet, non obtemperandum est, nam in orthographia omnium codicum perexigua est fides. Recte igitur Wohlr. *τὰ πλείω* rescribere non reformidavit. Trisyllabae quoque formae ap. Platonem per *ει̅* mihi scribendae videntur, sed *πλέον* multo frequentius occurrit quam *πλεῖον*, ita ut non dubitem quin melius sit ubique *πλέον* restituere (vid. Meisterhans l. l.) — Paulo post unice veram scripturam esse *ποῖ' ἐπεκτησάμην* post Astium viri dd. omnes perspexerunt praeter clar. Richards (Class. Rev. 1893) *πότερον* pro *ποῖ'* conicientem. *Ποῖ'* adverbialiter adhibitum est, et modo (ut hic, Euthyd. 291 A, Hipp. Mai. 285 D) mirantis et leniter ridentis est, modo acerbae irrisioni et indignationi (vid. Gorg. 490 D, 490 E *ποῖα ὑποδήματα; φλυαρεῖς ἔχων*) in-
B servit. || Clar. Hemsterhusius (nota mscripta in ipsius Platonis exemplari Lugd. Bat. asservato) ci. *Λυσίας* pro *Λυσανίας*, idem Groen v. Prinsterer (Pros. Plat.), quae c^a Stallb^o (1858) iure non displicuit. Utrumque nomen compendio $\overset{\sigma}{\Lambda\upsilon}$ scribi solebat, sicut $\overset{\delta}{\text{῾Ηρω}}$ èt *῾Ηρωδιανὸς* èt *῾Ηρώδης*, vel $\overset{\lambda}{\Phi\iota}$ èt *Φίλων* èt *Φιλόξενος* et *Φίλιππος* significat. — Frustra viri dd. in verbis *ἐλάττω αὐτὴν ἐποίησε* voc. *αὐτὴν* ex linguae legibus Cephali avi rem familiarem significare posse putant, cum sine sensu *οὐσίαν ὅσην κέκτημαι* [1]) indicet; haplographia tres litterae eva-

[1]) Sive *τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν*.

nuerunt, rescribe igitur *ἐλάττω αὖ* (sua vice) *ταύτην* et dele praeterea alterum *ἐποίησε*. Codices non *τουτοισί* (sic Ast. Herm. Campb.), sed *τούτοισιν* [1]) praebent (sic Schn. Bait. Wohlr.); primus Bekker dativum Ionicum missum faciens illam in codicibus semper fugitivam et *παρακαλυπτομένην* litteram *ῑ*, qua pronomina demonstr. maiore cum vi efferuntur, revocavit. — Pro *οὗ τοι* nonnulli codd. (sic Steph. Ast) *τούτου* exhibent Astiusque *τοῦ δὴ ἕνεκα* coniecit; at *οὗ τοι* ferri non potest, nisi scribitur *ἧν ὅτι κτλ*; mihi aut cum V. L *τούτου τοι ἕνεκα* scribendum esse videtur, sicut in Phaedro 272 B legimus aut *τοῦ* (interr.) *τοι ..... ἠρόμην* coll. Gorg. 457 E *τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς κτλ.* Vid. etiam Gorg. 453 C *τοῦ οὖν*
C *ἕνεκα κτλ.* || Richards (Class. Rev. 1893) *ξυγγίγνεσθαι* pro *ξυγγενέσθαι* requirit, sine ulla causa; utinam aliquem de grammatica librum inspexisset! — Promiscue Plato formis *αὑτῶν* (etc.) et *ἑαυτῶν* utitur. Facile autem accidere potuit ut persaepe librarii *ἑαυτ-* pro *αὑτ.* substituerint, cum *αὑτ.* paulatim in usu esse desierit. Utrum singulis locis Plato scripserit non am-
D plius definire possumus. || Fallitur Herwerd. (Mn. 1883) annotans ad verba *ἐπειδάν τις κτλ.* „non sane optime vulgata se habet pro eo quod dicendum fuerat: *ἐπειδάν τις ἐγγὺς εἶναι οἴηται τοῦ τελευτῆσαι*", nam verba *τὸ οἴεσθαι τελευτήσειν* quandam definitam vitae partem (senectutem) significant — senum, non iuvenum *τὸ οἴ. τελ.* proprium est — itaque non in universum de hominibus sibi mortem instare videntibus sermo est,
E sed de senibus qui tanquam in Orci limine habitent. || Frustra Richards (Class. Rev. 1893) solam *ἀσθένειαν* senem ad *μᾶλλον τὰ ἐκεῖ καθορᾶν* idoneum reddere non posse demonstrare conatus conclusit „We must suppose a word or two to have been lost, probably after *ἀσθενείας*, in which the real effect of failing powers was expressed"; Cephalus enim verbis *τῆς τοῦ γήρως ἀσθενείας* mentis [2]), non corporis (quis ignorat senes *σώμασιν ἀσθενεῖς* esse?) debilitatem designans manifesto dicit senibus nonnunquam eiusmodi formidines vanaque simulacra

[1]) Sic in Gorg. 503 D *οὑτωσὶ ἀτρέμα* factum est *οὑτωσὶν ἀτρέμα*.
[2]) *Ἀσθενείας* aliquot genera in 366 D enumerantur.

animis obversari ut sibi iam ipsos Orci terrores aspicere videantur. — Pro *ἠδίκηκεν* multi codd. (et Par. A[II]) aor. praebent, ita et Iustinus Mart. propterque praecedens (D) *ἀδικήσαντα* et sequens (331 B) *ἐξαπατῆσαι* recipienda mihi ea V. L. (*ἠδίκησεν*) videtur.

331 **A** Recte Ast. Bekk. Herm. Wohlr. Pindari verba in versuum formam redegerunt. Ap. Christium est fragm. 77 (*γλυκεῖά ϝοι κτλ.*). Paulo post verba *εὖ οὖν λέγει, θαυμαστῶς ὡς σφόδρα* non Cephalo tribuenda esse unus Ast perspexit deditque Socrati. Post Cephali dictum *χαριέντως γάρ τοι εἶπεν* misere languebunt, si Cephalo dederis, at non magis Socratis esse possunt, quia tum Plato *ἦν δ' ἐγὼ* et in sequentibus *ἔφη* inseruisset [1]). Est nota marginalis, quae in textum irrepsit. Praeter usitatas voces *ὡραῖον, ἀστεῖον, χρηστόν, καλῶς, κάλλιστα, ὀρθῶς*, quas lectores in codicum marginibus adscribere solebant, nonnunquam longiores quasdam annotationes occurrere et alii et Cobetus docuit, velut *ὡραῖον δι' ὅλου χωρίον, ὡραῖον ἄγαν τὸ χωρίον, πάσχει τὰ δίκαια* (ap. Alciph.), *ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν* (Cyrop. 8. 1. 44) irati lectoris exclamatio est, *φεῦ τῆς ἀμαθίας! τὸν ἀδελφὸν ὡς ἀνάθημα!* (Dio Chrys. II. p. 123 Reisk.), *ἄξιον τὸ διανόημα* (Rep. 504 E) etc., inter quas et nostra verba
B referenda sunt. || Bremius, Ast. Stallb. (1858) cum Stob° scribunt *ἀλλὰ ἕν γ' ἀνθ' ἕνος* pro *ἀλλά γε ἓν ἀνθ' ἕνος*, quod *γε* post *ἀλλὰ* nullo verbo interposito sequi nequeat. Mihi particula *γε*, cui nullus hic locus, insiticia videtur. Iam incerta sedes interpolationis indicium. Voc° *ἐλάχιστον* adverbialiter Plato usus est neque aliter ap. Tragicos et Platonem ipsum (p. 453 C) nonnunquam *πλεῖστον* adhibetur. Contra 417 B comp. *πλείω* pro *μᾶλλον* et 396 D, Gorg. 512 B *ἐλάττω* pro *ἧττον* obvium. In sequentibus Liebhold (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) sic verba transponenda censet: (B ult.) ...... *χρησιμώτατον εἶναι.* (D init.) *Soc. ὀρθῶς, ἔφη<ν>, λέγεις. Ceph.* (D) *οὐκ ἄρα οὗτος, <ἔφη>, ὅρος ...... ἀποδιδόναι* <;> *Socr.* (B ult.) *παγκάλως, ἦν δ' ἐγώ*

---

[1]) In *διαλόγοις διηγηματικοῖς* interiecta illa *ἦν δ' ἐγώ, ἔφη* etc. omitti solent, quum disceptatio brevibus interrogationibus ac responsis quasi concisa est. Vid. ex. gr. 332 D E, 333 A B. Particula *οὖν* praeterea prohibet quominus illa verba Socrati tribuamus. Socrates enim dixisset *εὖ μὲν οὖν* etc.

...... *τἀληθῆ λέγειν. Polem. πάνυ μὲν οὖν κτλ., inepte*, quum, si ipse Cephalus, quem in praecedentibus Socrates semper *κινεῖν* studebat, quaestionem de iustitiae natura movisset, non statim quasi disputationis proelia fugiens, abscedere potuisset. Adiectiva cum *παν-* composita Plato adamat, cf. (praeter *πάγκαλος* et *παγκάλως*) ex. gr. *παμπόνηρος, πάνσμικρος, παγγέλοιος,*
C *παγχάλεπος, πάνδεινος* (Polit. 290 B), alia. || Pro *οὕτως* alii editores (et Campb.) ex nonnullis codd. *οὕτω* scribunt, quod mihi probandum videtur, quia hic nullus hiatus vitandus est. In responsionibus quoque solum *οὕτω* mihi sanum videtur. M. Schanz autem unice codicum auctoritatem sequi mavult, at optimorum et antiquissimorum librorum librarios aeque erroribus obnoxios fuisse consentaneum est ac deteriorum et recentiorum. — In sequentibus <*τὸ*> *τοιόνδε* rescribe, quia *τοιόνδε* obiectum est. *Ut semper ἀγαθόν τι, καλόν τι etc. scribendum, cum vocabula illa sive subiectum sive obiectum sunt, ita et τὸ τοιόνδε, τὸ τοιοῦτον sive τοιοῦτόν τι requiritur.* In 475 E ult. (et 476 A) non opus est ut <*τὸ*>*καλὸν* corrigamus, quia illic *καλὸν* significat pulchritudinem (*κάλλος*), *non* aliquid pulchri. Ob eandem causam verba *ὄν, μὴ ὄν, δοξαστόν, γνωστὸν substantive* sine articulo scribi possunt. Hinc patet v. c. 368 A Herwerdenum rectissime correxisse *θεῖόν*<*τι*>, cum *θεῖον* sine *τι* significet *τὸ θεῖον*, quod illud fratrum par *πεπονθέναι* Socrates dicere non potuit. — Mox dele participium *ἐθέλων*: primum in multis codd. ante *πάντα* positum est, deinde requireretur, si sanum esset, <*ὁ*>*ἐθέλων*, denique e sequentibus in D patet duo inter se opponi, nempe *τὸ ἀληθῆ λέγειν* et *τὸ ἀποδιδόναι.* Verba *οὔτε δίκαιος .... ἀποδιδοὺς* igitur
D *ἐν παρενθέσει* posita sunt. || In multis codd. pro *χρὴ Σιμωνίδῃ* ridicule *χρήσιμον ἤδη* scriptum est librariis saepissime in nominibus propriis titubantibus. — Illud *ὑμῖν* post *παραδίδωμι* tantum Socratem et Polemarchum indicat, cf. ex. gr. Lysid. 221 E *ὑμεῖς ἄρα εἰ φίλοι ἐστὸν ἀλλήλοις κτλ.* Praestat hic aliisque in locis, ubi vulgo *οὐκοῦν* ponitur, *οὔκουν* scribere altero interrogationis signo post ipsam particulam collocato (sic *οὔκουν; ......;*). Ellipsi enim Graeci in hoc rogandi modo utebantur plenaque oratio haec foret *οὔκουν τὸ πρᾶγμα οὕτως*

ἔχει ὥς μοι δοκεῖ; [1]) et verisimile est eos, quum sola pronuntiatione discrimen inter utramque partic. intercedens exprimere possent, post οὔκουν; orationem brevi mora intermisisse. Quum ridicule viri dd. contendant in οὐκοῦν vim particulae οὐκ prorsus evanidam fieri potuisse, magis consonum est linguae legibus illum rogandi modum per ellipsin explicare, qua orationis figura saepissime Graeci usi sunt; vide ex. gr. τί οὖν; πῶς γὰρ οὔ; τί μήν; τί γάρ; ἦ γάρ; τί δέ; alia. Tres igitur sunt οὔκουν particulae: una negando inservit, duae ad interrogandum modo cum ellipsi (331 D 337 D etc.) modo sine ellipsi (qui usus
E frequentior est) usurpantur. || Ast. Stallb. Campb. *lenem* irrisionem in Socratis verbis οὐ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν et σοφὸς ἀνὴρ latere arbitrati sunt, immo *acerbam* potius dices, si illud ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ bene attenderis. Recte Kornel Fischer („Ueber die Dichterstellen bei Plato," Gymn. progr. Lemberg 1877) ad Simonidis [2]) dictum annotat „Diese Definition (τὸ τὰ ὀφειλόμενα ..... δίκαιον) wird nun von Socrates mit bitterem Hohn widerlegt, Simonides, wie ihn dies gewöhnlich bei Plato trifft, mit besonderer Vorliebe verspottet." Vitiosum ἀνὴρ (sine articulo) Herm. Bait. Campb. soli servarunt. — Corrige καίτοι ὀφειλόμενόν γέ που κτλ. Postquam ΓΕ ante ΠΟυ exciderat, alieno loco insertum est.
332 A Madvigius pro ἀπαιτοῖ requirit ἀπαιτεῖ, [3]) quam c^{am}, licet omnes editt. spreverint, defendere non dubito. Primum Socrates oratione recta utitur, deinde ὁπότε cum optativo (i. e. quotiescunque) modo tum usurpari potest, quum in apodosi praedicatum in praeterito, ut dicunt, positum est; hic vero ἐστι mente
B supplendum est. || Optime Ast. Bkk. Schneid. V. L. ὀφείλεται δέ [γε], οἶμαι receperunt, quia δέ, non δέ γε explicando inservit nec necesse est ut illud ὀφείλεται iam saepe iteratum magna cum vi efferatur; cf. ex. gr. 337 D ὅπερ προσήκει. προσήκει δέ
C που κτλ. || Vulgatam ἀλλὰ τί οἴει; ἔφη recte retinuerunt (sensit enim Polem. Socratem paulum ironice locutum esse) Bekk. Schneid. Herm. Campb. (qui de codice Par. A monet „In A the persons were at first divided with: after ἔφη. This was

---

[1]) Scholiastes ad 467 C οὐκοῦν] ἀντὶ τοῦ οὐχ οὕτως, καθ' ὑπόκρισιν.

[2]) Bergk. II p. 930 n⁰ 191.

[3]) Et 345 C ὁπότε c. indicativo (ὁπότε.... οἶδα.) et Politic. 301 D.

afterwards erased"). Madvig vero putavit verba ἀλλὰ τί οἴει adhuc Socratis [1]) esse plenum assensum a Polemarcho ferre cupientis, quam explicandi rationem Bait. et Wohlr. probarunt, sic ergo: ὀφειλόμενον· ἀλλὰ τί οἴει; Ἔφη (= assensus est). Ὦ κτλ. Illud ὦ Bekk. et Schneider omiserunt. Sicut psittacus Liebhold (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) Madvigii verba repetens ci. ἄλλο τί οἴει; (*Pol.*) <Οὐκ> ἔφη. De formula ὦ πρὸς Διὸς vide Schanzium in „Festgruss der Philol. Gesells. z. Würzburg. 1868" recte voculam ὦ interiectionem esse putantem. Lectu dignissima sunt, quae ibi Schanz de vocativi ap. Platonem usu congessit. Praeter ὦ πρὸς Διός, πρὸς Φιλίου, πρὸς θεῶν, quae saepissime occurrunt, et Apollinis nomen in exclamationibus usurpatur, vide Legg. 662 C ὦ πρὸς Διός τε καὶ Ἀπόλλωνος. Si illas formulas nullus vocativus sequitur, interj. ὦ omitti non solet. — Verba καὶ προσῆκον post ὀφειλόμενον insiticia sunt: quid in suo dicto illud τὰ ὀφειλόμενα significaret Simonides ipse, ni fallor, probe sciebat, non item Polemarchus, quem Socrates edocere conatur; ridiculum igitur est putare Socratem, qui se cum Simonide colloquentem fingit, illi ὀφειλόμενον explicandi causa verba καὶ προσῆκον addidisse. Fictum illud colloquium bene illustratur Socratis verbis in Apol. 22 B ἀναλαμβάνων οὖν
D κτλ. — Par A τίσιν τί exhib. pro τίσι τί. Sic saepius. || Nonnulli editores V. L ὠφελίας praetulerunt. Multum de scriptura substantivorum ab adiectivis in ης exeuntibus derivatorum viri dd. disseruerunt eosque nondum, quia complures serviliter codicum auctoritati adhaerent, in omnibus consentientes video. Me iudice solum ἀμαθία per ια scribendum est, reliqua vero substantiva per εια. In codd. nullus consensus apparet nec grammaticorum (vid. ex. gr. Etym. M. 462. 15 et 462. 20, Herodianum, Choeroboscum, Moeridem, alios) praecepta semper inter se congruunt. Schanzius cum in „Philol. Anz." Helleri Curas criticas (ubi v. d. multa acute disputavit) recenseret, Platoni hasce scripturas tribuit: ἀμαθία, πολυ-, δυσ-, εὐ-, φιλομαθία, ἀήθεια, αἰσχροκέρδεια (sic et Dind. in Steph. Thes.), ἀμέλεια,

---

[1]) Astius deleto ἔφη (cum uno cod.) sic textum constituit: *Socr*: Ἀλλὰ τί οἴει, πρὸς Διός, ἦν δ' ἐγώ, κτλ, quo tamen sententiarum nexus nimis abruptus fit.

ἀναίδεια, αὐθαδία (Dind. autem l.l. et Heller αὐθάδεια probant),
εὐέπεια, εὐμαρία, εὐσέβεια, συνήθεια, ὠφελία (sic plerumque Par. A).
Heller contra (p. 12) rectius mihi videtur uno ἀμαθία servato
πολυ-, εὐ-, δυσ-, φιλομάθεια probasse. Per εια praeterea scribenda
sunt haec substantiva: αἴκεια, εὐμάρεια, εὐγένεια, εὐφύεια, ἀφύεια,
ἀκράτεια (cuius altera forma ἀκρᾰτία sive ἀκρᾰσία cum ab alia
stirpe ducto substantivo ἀκρᾱσία confundi non debet), αὐθάδεια,
ὠφέλεια. — In § ult. corrige sis νόσον <τε> καὶ ὑγίειαν, vid.
E dicta ad 334 E. || V^am^ L προπολεμεῖν pro προσπολεμεῖν Steph.
et Ast probarunt, male, quod tum συμμαχεῖν plane otiosum fit.
Praeterea προπολεμεῖν de iis usurpari solet qui patriam defendunt.
Qui V. L [ἐν τῷ] ξυμμαχεῖν probant, eos <τε> καὶ ξυμμαχεῖν
legere oportet, vid. § D ὠφελείας τε καὶ βλάβας et dicta ad
334 E. Praeterea corrige ἔμοιγε δοκεῖν.
333 A Vocabula χρείαν ἢ κτῆσιν et 451 C, Menex. 238 B coniuncta
B sunt. || In § B pro κρουσμάτων (sic duo codd.) editt. vulgo recte
κρουμάτων scribunt, etsi substantiva in -μα exeuntia (uno voc^o^
ζῶμα excepto), si a perfectis in -σμαι cum natura longa penul-
tima ducta sunt, litteram σ assumere solent (vid. ἄκουσμα,
θραῦσμα, κέλευσμα, πάλαισμα). Terminatio in -σμα recentior erat
quam altera. — Clar. Richards (Class. Rev. 1893) ci. ἀλλ' εἰς
τίνος (pro τίνα) δὴ κοινωνίαν, non male, quia in § A legimus
εἰς τίνος χρείαν ἢ κτῆσιν, non vero εἰς τίνα χρείαν. Nonnun-
quam (vid. Bast.) litterae O et C in scriptura unciali, quum
altera alteram contingit, ita coalescunt ut litteram α reprae-
C sentare videantur. — Corrige ἔμοιγε δοκεῖν. || Verba ἢ χρυσίῳ
suppositicia sunt, quia in proximis (B) non de argento, sed de
pecunia sermo fuit. Plane differt locus in 442 E. Verisimile
est, quum continuo verbum παρακαταθέσθαι sequatur, lectorem
quendam loci fere consimilis in 332 A ult. (ὃς ἄν τῳ χρυσίον
ἀποδῷ παρακαταθεμένῳ) memorem in mg. ἢ χρυσίῳ annotasse
eaque verba postea in textum devenisse. Cf. 334 A εἰ ἄρα ὁ
δίκαιος ἀργύριον δεινὸς φυλάττειν. — Secundum ea, quae 331 D
disputavi, sequentia sic scribe: οὔκουν; λέγεις ὅταν μηδὲν ....
κεῖσθαι; eodem modo quo post τί δέ duo interrog. signa ponun-
E tur. || Par. A^I^ οὐκοῦν, A^II^ mg. οὐκ ἂν οὖν sec. Campb. exhibet
(„the ν of ἂν partly eaten away"). — Baiter legendum suspi-

catur χρήσιμον μόνον τυγχάνει, male, quia primum part^o^ ὃν aegre
carere possumus, deinde, si illud μόνον necessarium fuisset,
Plato id sine dubio ante χρήσιμον posuisset. Naber (De Platone
commentat. II 1864) ubique post verbum τυγχάνειν participium
restituendum censet, quia Phrynichus *recentiores* culpet quod
participium omittere soleant. — In proximis Herwerd. (Mn. 1891)
requirit ὧδε (pro τόδε) δὲ σκεψώμεθα, at τόδε Plato sexcenties
adhibere solet (hic, 351 B, Gorg. 454 C, etc.) in novis argu-
mentis afferendis, quibus adversarium erroris convincat, ὧδε
(ὧδέ πως, τῇδε, τῇδέ πῃ) autem et τόδε quando ea, quae in
medium protulit, argumentis firmare studet, quibus omnis
dubitatio ex auditoris mente eximatur. — In sequentibus ἆρ'
οὖν καὶ νόσον κτλ verba φυλάξασθαι καὶ λαθεῖν viros dd. admodum
torserunt, sed eos fugit ὅστις et οὗτος librariorum culpa sedem
mutasse: cum enim ubique τὸ φυλάξασθαι urgeatur (ὁ πατάξαι
δεινότατος, οὗτος καὶ φυλάξασθαι — ὅσπερ κλέψαι ...., ὁ αὐτὸς
φύλαξ ἀγαθός), requiritur οὗτος δεινὸς φυλάξασθαι, ὅστις δεινότατος
κτλ; quibus tribus exemplis praemissis inversa ratione concludit
ὅτου τις ἄρα δεινὸς φύλαξ, τούτου καὶ φὼρ δεινός. Verba καὶ λαθεῖν,
quae Muret. et J. Nusser (Blätt. f. bayr. gymn. XXI, 1885)
delent, et mihi spuria videntur: utrum autem λαθεῖν an μὴ
παθεῖν (sic Bkk. c. duobus codd.) an μὴ λαβεῖν (= corripere)
super φυλάξασθαι inter versus scriptum fuerit, diiudicare nequeo.
Schneideri c^am^ φυλάξασθαι, καὶ λαθεῖν οὗτος [καὶ (in optimis
codd. *recte* omis.)] δεινότατος ἐμποιήσας probarunt Stallb. 1858,
Madvig., Baiter. Hermannus contra et Campb. vulgatam ser-
varunt mutata modo interpunctione sic: φυλάξασθαι, καὶ
λαθεῖν .... ἐμποιῆσαι. Wohlr. autem et Zahlfleisch (Zeitsch. f. d.
österr. gym. XXVIII, 1877) veterem [1]) interpunct. (φυλάξασθαι
καὶ λαθεῖν,) retinuerunt, qua ratione λαθεῖν plane otiosum est.
Schneideri c^am^ optime Campb. refutavit („the emphasis falls
on the wrong word, for the principal point is not that he
who can guard against disease can be secret in producing it,
but that he can produce it *at all*") neque intelligo cur, etsi

---

[1]) In Par. A post φυλάξασθαι *non* incisum est.

τὸ κλέψαι natura *λάθρᾳ* fieri solet, *τὸ πατάξαι* et *τὸ ἐμποιῆσαι νόσον* furtim fieri necesse sit.

334 B Quum verba *τοῦτο μέντοι ἔμοιγε δοκεῖ ἔτι* significent „Attamen illud adhuc teneo justititiam etc", *aut* voc. *ἡ δικαιοσύνη* inducendum est, si vulgata *ὠφελεῖν* et *βλάπτειν* servatur, quia *τοῦτο*, non *ἡ δικαιοσύνη* subjectum verbi *δοκεῖ* est, *aut* legendum est cum Ven° *Π ὠφελεῖ* (et *βλάπτει*), quamquam et sic egregie voce *ἡ δικαιοσύνη* carere possumus. Mihi prior ratio, qua Polemarchi
C oratio magis concisa fit, placet. || Quamquam mediocres tantum codices *φίλους δὲ λέγεις* [*εἶναι*] *πότερον* praebent, iis tamen obtemperandum censeo ne alterum *εἶναι*, quod mox sequitur, absonum sit. Saepissime verbum *λέγειν* (ut *φάναι*, ap. Latinos „dicere") cum accusativo sine *εἶναι* construitur, vid. ex. gr.
E 332 D, 333 A. || Par. A praebet *αὐτοῖς εἰσίν* (pro *εἰσί*), sic Bait. Wohlr. Campb. recte; quum enim ex inscriptionibus (vid. Massen „Lpz. Studiën" et Meisterhans) Atticos *ν* ephelcusticon ante consonantes [1]) promiscue ponere solitos esse appareat, consentaneum est in fine quidem sententiae illam litteram ubique reponere. Ante consonantem in Clarkiano illud *ν* saepius occurrit quam in Paris. A, praecipue in voce *ἐστίν* (hic illic *ἔσθ'* librarii temere in *ἐστὶν* mutavere). — Mox corrigendum arbitror *τοὐναντίον ἢ* <*ὡς*> *τὸν Σιμ.* — Id, quod nonnulli codices *τὸν φίλον καὶ* <*τὸν*> *ἐχθρὸν θέσθαι* praebent, mihi probandum videtur, quia *articulus in iis, quae inter se contraria* (dico contraria, non diversa) *sunt, apud Platonem iterari solet, si per καὶ inter se copulantur.* Licet enim dicere *περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ περιττὸν* aut *τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον, τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα* aut *περὶ τὸ δίκαιόν τε καὶ ἄδικον* (exempla ex Gorgia), *τοῖς φίλοις τε καὶ ἐχθροῖς* (Rep. 332 D), *τοῦ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι* (Rep.) eodem modo quo de rebus, quae inter se contrariae non sunt, bifariam licet dicere *ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον* (licet hic *τε* omittere) — *ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ αἴσχιον* (Rep. 381 B). Est et tertia in talibus coniungendis ratio, vide ex. gr. (in Gorg.) *περὶ τὸ ἄρτιόν τε καὶ τὸ περιττὸν* vel (Gorg. 498 C) *οἱ ἀγαθοί τε καὶ οἱ κακοὶ* (iuxta *οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί* ibid.) et (de rebus

[1]) In Phaedonis fragm. identidem *ν* ante conson. repertum est.

inter se *non* contrariis) *τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ θεῖον* (Rep.) vel *ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἀδικός* (Gorg.). Postrema ratione saepe Herodotus usus est, cf. ex. gr. III 16 ult., 109. II 115, 154, vel in nominibus numeralibus afferendis v. c. *εἷς τε καὶ πεντήκοντα* Quarta denique substantivorum copulandorum ratio ea est, qua coni. *τε* statim post articulum ponitur; conferantur ap. Plat. haec (alia ex aliis dialogis desumpta) exempla: *τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν, τούς τε μείζους καὶ τοὺς ἐλάττους, τάς τε ἀναγκαίας ἐπιθυμίας καὶ τὰς μή, τό τε ὂν καὶ τὸ μὴ ὄν*, alia. Non raro in talibus alter articulus in codd. omissus est, quod casui vel incuriae librariorum, haud scriptoris in scribendo negligentiae tribuendum esse non modo creberrima exempla, ubi articulus servatus est, demonstrant, sed praesertim ipsa huius copulationis vis, quae *omnino par* est copulandi per *καὶ-καὶ* rationi. Non solum igitur articulus (cf. Rep. 433 D) semper iterandus est, sed etiam adverbia [1]) et praepositiones (cf. Rep. 429 C D). Fere ubique nullo negotio articulus vel praepositio revocari potest, quod ubi fieri nequit aut *τε* in *γε* mutandum (v. c. Hipp. Mai. 285 C, ubi praecedens *ἀλλὰ* paene clamat Platonem scripsisse *ἀλλὰ .... περί γε γραμμάτων καὶ κτλ* i. e. at saltem etc.) aut *τε* post substantivum reponendum [2]). Nunc redeamus ad nostra verba *τὸν φίλον καὶ ἐχθρόν*, quae mihi non minus corrupta videntur quam verba (Gorg. 499 A) *τὸν ἀγαθὸν καὶ κακόν*, (Rep. 400 D [3])) *τὸ εὐάρμοστον καὶ ἀνάρμοστον*, (ibid.) *περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή*, (Gorg.) *περὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι*, (ibid. 517 E) *ὅ, τι τὸ χρηστὸν καὶ πονηρόν*, (Rep. 378 A) *τὰ ... τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος*, alia. In his et similibus locis librarii modo negligentia vel articulum vel coniunctionem *τε* (quam sexcenties male inserunt) omiserunt, modo litterarum similitudine decepti (sicut in Gorg. 517 E *καὶ ΤΟΠΟ-*

[1]) Cf. Herodot. II 145 *αἰεί τε λογιζόμενοι καὶ αἰεὶ κτλ.*

[2]) Huius mendi origo in aperto est: si correctores voculam *τε*, a librariis in formula *τε καὶ* sexcenties omissam, negligentius inter versus addiderant, nonnunquam accidebat ut is, cui novum apographum conficere impositum esset, in dubio versaretur quorsum coniunctio pertineret utrum ad substantivum an ad copulam *καί*.

[3]) Cf. in Rep. *τὸ τῆς εὐσχημοσύνης τε καὶ ἀσχημοσύνης τῷ εὐρύθμῳ τε καὶ ἀρρύθμῳ* e: 400 D *ἀλλὰ μὴν τὸ εὔρυθμόν γε καὶ τὸ ἄρρυθμον.*

νηρον et in Rep. 378 A καὶ ΤΑΠΑθη). — In § ult. Bremius, Ast,
Herwerd. (Mn· 1891) corrigendum esse τὸν δοκοῦντά τε, ἦ δ' ὅς,
καὶ [τὸν] ὄντα optime intellexerunt, cum de uno atque eodem
homine sermo sit.
335 A Faesius, Ast (dub.), Madvig, Bait. voculam ἢ post τῷ δικαίῳ
delerunt, male: si ἢ abest ὡς ferri non potest, sed ὡς in ὅ
sive in ᾧ mutandum, quia ὡς semper comparando inservit.
Num Faesii sententia Graece sic efferri potest: προστίθημι τῷ
δικαίῳ ὡς τὸ πρῶτον ἔλεγον [1])? Immo tum scribendum erat
προστίθημι τῷ δ. ὃ τ. π. ἔ. aut προστίθ. τ. δ. ἢ ὡς κτλ. Recte
igitur Stallb. Schneid. Herm. Wohlr. Campb. ἢ ὡς servarunt.
Supersedeo Richardsum <πλέον> ἢ ὡς scribentem refutare.
Fortasse hic <τι>προσθεῖναι et 339 B <τι> προστίθης legen-
D dum. || Quamquam Porphyrius („De Abstinentia") verba οὐ
γὰρ θερμότητος κτλ. laudans voc. ἔργον omisit, dubito an revera
spurium sit, quum saepius ap. Platonem occurrat (cf. 351 D).
Tenendum praeterea est Porphyrium ea verba memoriter ci-
tasse. In codice Malatestiano alterum ἔργον, quod post βλάπτειν
legitur, abest, in multis codd. ante βλάπτειν scriptum est,
itaque adducor ut alterum hoc ἔργον deleam. — Paulo post
(in fine) verba τοῦ ἀδίκου delenda sunt: neque in praegressis
τὸ ἐναντίον nominatim indicatum est neque hic emphasis neces-
E saria, quum iusti indolem, non iniusti indagent. || Ad verba
τῶν σοφῶν τε καὶ μακαρίων recordare quae ad 331 E (σοφὸς
γὰρ καὶ θεῖος ἀνήρ) annotavimus et ipsius Socratis testimonii
in Apol. 22 B C. Ambigue Plato illos sapientes laudat. —
Pro ἔγωγ' οὖν Ast et Bekk. recte ἐγὼ γοῦν scripserunt.
336 A Verba τὸ φάναι δίκαιον ... βλάπτειν non sunt Platonis, sed
scholiastae. Cum enim τὸ ῥῆμα significet „illud dictum", sequi
non potest τὸ φάναι, sicut si cum Schneidero τὸ φάναι pro
subiecto habuerimus, necessario verba τὸ ῥῆμα abundabunt.
Sententiam τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην ὀφείλεσθαι κτλ (335 E) modo
per αὐτὸ designaverat, nunc τὸ (i. e. τοῦτο τὸ) ῥῆμα vocat.
Locus e Legg. 838 B, quem Schneid. in „Additamentis ad
Civitatem Platonis 1854" citavit, c^{ae} meae minime adversatur,

[1]) Ea verba significant: προστίθημι οὕτως ὡς κτλ.

quia illic (in Rep.) τὸ ῥῆμα iam auditoribus notum erat, hic
(in Legg.) illud σμικρὸν ῥῆμα adhuc a Megillo ignorabatur.
Verba οὐδὲ τὸ δίκαιον, quae paulo post sequuntur, insiticia
sunt: prius οὐδὲ ad τοῦτο pertinet, non ad ἡ δικαιοσύνη, inep-
tum igitur est οὐδὲ τὸ δίκαιον addere, quia tum ἡ δικαιοσύνη
dicitur non idem esse ac τὸ δίκαιον. Insertum est τὸ δίκαιον
ab aliquo (ut αὐτὸ haberet quo referretur) nescio pronomen
αὐτὸ indicare τὴν δικαιοσύνην posse. Iam in 331 C ἡ δικαιοσύνη
per αὐτὸ designata erat. Saepius, ut mox ad 343 C videbimus,
librarii in Politia ad ἡ δικαι. adscripserunt τὸ δίκαιον et ad ἡ
B ἀδικία verba τὸ ἄδικον vel vice versa. || Cobeti c^{am} ὡς δὲ δὴ
ἐπαυσάμεθα frustra [1]) Heller (Cur. crit. p. 21 sq.) et Campb.
refutare conati sunt, quia non aoristus verbi διαπαύεσθαι hic
aptus est, sed imperfectum διεπαυόμεθα: is, de quo διεπαύσατο
dicitur, non amplius quiescit, sed disputationem iam integrat.
Neque hanc neque alteram Cobeti c^{am} διασπασόμενος (pro διαρ-
πασόμενος) editores receperunt, male, cf. ex. gr. Arist. Av. 367
τί μέλλετ', ὦ πάντων κάκιστα θηρίων ἀπολέσαι .... ἄνδρε καὶ δια-
σπάσαι. Ubicunque διαρπάζειν de feris adhibitum (ut Politic.
274 B), significat *auferre dilaniatum*, itaque miror Campbel-
lium contulisse Iliad. 16, 355 αἶψα διαρπάζουσι, cum poeta
dicat lupos (cf. Legg. 906 D οἳ δὲ — sc. λύκοι — .... τὰ ποίμνια
διαρπάζειν) in oves, simulatque incustoditas viderint (ἰδόντες),
impetu facto suam quemque praedam auferre. — Nondum
omnia sana duco, quia voc. ἧκεν de bellua quae se ad impe-
tum faciendum colligit, dici non potest: requiritur magis
idonea vox, nempe ᾖττεν (i. e. ᾖσσεν), quod in scriptura unciali
(*HICCEN*) facillime confundi potest cum *HKEN*. Vix melius
Thrasymachi Socratem refutandi impatientia illustrari poterit
quam illo e Nubibus loco, ubi ὁ ἄδικος λόγος, postquam ὁ
δίκαιος λ. loquendi finem fecit, sic erumpit: καὶ μὴν πάλαι γ'
ἐπνιγόμην τὰ σπλάγχνα κἀπιθύμουν ἅπαντα ταῦτ' ἐναντίαις γνώμαισι
C συνταράξαι. || Malim delere πρὸς ἀλλήλους ut significetur καὶ τί
εὐηθικῶς ὑποκατακλίνεσθε κτλ. — Ad verba ἐγνωκὼς τοῦτο ὅτι ῥᾶον

[1]) Fortasse et modo praegressum διακοῦσαι librarium in errorem induxit. In
397 A Par. A^{I} prave διελέγομεν pro δὴ ἐλέγομεν, in 352 B ult. δικαίους pro δὴ
καὶ οὓς exhibet.

κτλ conferatur Theaet. 150 C *καὶ ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν ὡς τοὺς μὲν ἄλλους ἐρωτῶ, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀποκρίνομαι κτλ.* Optime nonnulli codd. exhibent *τί φῂς εἶναι* omissis *τὸ δίκαιον.* Concitata Thrasymachi oratio languidas iterationes non pati-
E tur. || Venetus *Π* praebet *εἰ γάρ* <*τι*> *ἐξαμαρτάνομεν*, recepit Stallb. (1858) nec Campb° displicet, recte ni fallor, cum haec omnia Socrates cum leni risu dicat; vide consimilem locum in Gorg. 488 A. Post compendium vocis *γὰρ* facillime *τι* excidere potuit. — Mox legendum est *ἐγώ τε καὶ ὁδί*, cf. v. c. in Euthyd. 275 A *ἐμοί τε καὶ τουτοισὶ* et *ἐγώ τε καὶ οἵδε*, et *τουτονὶ τὸν νεανίσκον* et *τῷ μειρακίῳ τούτῳ*, quae exempla satis ostendunt tum litteram *ῑ* addi solere, quum is qui loquitur unum pluresve ex auditoribus designare velit; si eundem eosdemve iterum designet, iota omitti. — Codicum principes Par. A et Ven. *Π* tantum *οἷόν τε σύ* (i. e. *οἷόν γε σύ* ut Bkk. corr.) exhibent, et sic Bkk. Schn. Herm. Bait. Wohlr. Campb. ediderunt, quod tamen ferri nequit, nisi praegressa *μὴ γὰρ... οἷον* mutantur in *ἦ γὰρ... οἴει* (*ἦ γὰρ* saepe cum irrisione rogantis est), sicut in Phaedon. 68 B verba *οἴεσθαί γε χρὴ* (sc. *ἄσμενον ἰέναι*) interrogatio (..... *οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε;*) praecedit. Quam si correctionem respuas c. paucis codd. (*μὴ οἷον σύ*, sic Schmelz.) ut Stallb. fecit *μὴ* inserendum est. In edit. Goth. II Stallb. *γε* omisit, male, quia *γε* negationem graviorem reddit. O. Apelt (Fleck. Jbb. 1891 bd. 143) suspicatus est *ἰού, ἰού, ὦ φίλε*, quae exclamatio non modo quantum ad sensum attinet inepta est, sed in initio sententiae, non in fine collocari solet, cf. Rep. 432 D, Gorg. 499 B, alia. — Verbum *ἐστὶ* post *εἰκὸς* omittendum est neque aliter puto Wohlr. censuit.

337 A Herwerd. (Mn. 1891) annotat „revocetur antiquum *ἀνεκάχασε* (i. e. *χὰ χὰ λέγειν*)". In Arist. Eccl. 849 *καχάζων* exstat, metri causa sec. nonnullos, et Nubb. 1073 *καχασμὸς* in Cod. Ravenn. Secundum grammaticos *καχάζειν* Dorica forma erat. — In cod. Veneto t ad *ὦ Ἡράκλεις* hoc scholion adscriptum est: *ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν*, sicut ad Menon. 91 *c* legitur. Idem Photius habet, cum vero adiungat *τὸ δὲ Ἥρακλες κλητικὴ πτῶσις ὥσπερ τὸ ὦ Δάματερ τοῦ ὦ Δήμητερ διαφέρει*, puto eum in fontibus ex quibus hauserit, aliud quid invenisse, nempe *Ἥρακλες· ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν. τὸ δὲ Ἡράκλεις κτλ*; vocativi enim vocis *Ἡρακλῆς* legitima forma est *Ἡράκλεις*. Cum autem èt Platonis scholiastes èt Photius idem scholion habeant et praeterea constet utrumque ex iisdem fontibus hausisse (scholiasten sec. Naberum ex Boetho, qui *Λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν* scripsit, sec. M. Schmidt et Mettauer ex Diogeniani lexicis aut ex Hesychio, Photium vero ex Timaeo, Boetho, Pausania, aliis sec. Cobetum in Mn. 1860 et 1861), verisimile est ipsum Platonem formam *ὦ Ἥρακλες* adhibuisse nostroque loco (337 A) *ὦ Ἥρακλες* rescribendum esse. — Id quod nonnulli codd. praebent, *αὕτη 'κείνη* recte Herm. Bait. Wohlr. Campb. receperunt, nam aphaeresis quotidiani sermonis, quem Plato reddere solet, propria est. Praeter *ἐκεῖνος* et verbum *ἐθέλειν* aphaeresin ap. Platonem patiuntur, ut ad 391 A videbimus. — Pro *τούτοις* lege *τουτοισί*, vide dicta ad 336 E et cf. Gorg. 458 E. — Cobet ci. *μᾶλλον* [*ποιήσοις*] *ἤ*, idem dub. Herwerd. (Mn. 1883); etsi nemo recepit, Cobeto, qui linguae Graecae locutiones et elegantias plane noverat, obtemperandum esse arbitror. Cf. similem ellipsin in locutionibus *τί δ' ἄλλο ἢ* et *οὐδὲν ἄλλο ἤ* (Menon. 80 A, Euthyd. 277 E, Rep. 420 A). — Richards (Class. Rev. 1893) cum nonnullis codd. *ἔροιτο* pro *ἐρωτᾷ* requirit, at saepius oratio indirecta in directam transit. Fieri autem potuit ut librarius, si cod. Par A non ex unciali exemplari fluxit, pro *ἐρωτωι* (i. e. *ἐρωτῴη*) *ἐρωται* sibi cernere visus sit. Mox Bait. et Campb. scribunt
B *ὁπόσα ἔστι* (pro *ἐστι*), sine causa. || Optime Herwerd. (Mn. 1891) cum nonnullis codd. legendum censet [*τῷ*] *οὕτω πυνθανομένῳ.* — Recte in § ult. Stephan. et Ast. (1814) *τι* post *τούτων* cum aliquot codd. omiserunt. Exquisitior constructio est *τούτων* sine *τι*, quod pronomen e primis litteris vocis *τυγχάνει* natum esse
C videtur. || Ad *εἶεν* Venetus t hoc scholion habet: *ἄγε δή· συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα.* Hic vero
D mirantis exclamatio est. || Herwerd. (Mn. 1883) ci. *ταύτας* [*περὶ δικαιοσύνης*] *βελτίω* [*τούτων*], sed post satis longam digressionem verba *περὶ δικαιοσύνης* non habent quo me offendant, quibus servatis et *τούτων* servandum. Eiusmodi abundantis *τούτων* vide aliud exemplum 363 C *Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθά κτλ.* Male Richards (Class. Rev. 1893) dub. ci. *πάσας*

<οὖσαν> ταύτας κτλ. Sic eadem quae alteri viro d. librariorum
culpa accrevisse, alteri mutilata videntur! — In sequentibus
voc. πάσχειν insiticium est, cf. ex. gr. 332 B ὅπερ καὶ προσήκει
sc. ὀφείλεσθαι. — Optime M. Hertz (Fleck. Jbb. 1872 bd. 105)
probante Herwerdeno (Mn. 1883) correxit (πρὸς τῷ) παθεῖν pro
μαθεῖν. Lepidum Socratis dictum καὶ ἐγὼ ἀξιῶ παθεῖν cum irri-
sione sophistes iterat: „accipies, o bone, illud πάθος, modo
pecuniam solvas.“ Sequentia sic scribe: οὔκουν; ἐπειδάν μοι
γένηται; εἶπον., vide ad 331 D. Et ceteri Reipublicae loci, ubi
οὐκοῦν vulgo scribitur, eodem modo corrigendi sunt, quod semel
monuisse sufficiat ne opusculum meum nimis accrescat. —
Ast cum paucis codd. ἀλλ' ἕνεκά γ' ἀργυρίου legit, recte (non
improb. Stallb. 1858), cum Glauco dicere velit „si non aliter
vis, saltem pecuniae gratia loquere;“ cf. e Sophoclis Oed.
Col. 1276 πειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρὸς κτλ. Si γε non
inseritur, ἀλλ' cum imperativo λέγε coniungendum est, ut sig-
E nificet ἀλλ' ἄγε. || Sine causa Bkk. et Schanz (Festgr. d. Phil.
Ges. z. Würzburg 1868) sic legit: ὦ βέλτιστέ τις etc. — Bremius,
Cobet (Mn. 1862 p. 131 sq.), Bait., Madvig εἴη post αὐτῷ dele-
runt (*non* Ast Schneid. Herm. Wohlr. Campb.), recte ni fallor,
quia anacolutha in sententiis primariis tantum usurpantur.
Illud εἴ (τι κτλ) librarium in errorem duxisse videtur; cf. ap.
Demosth. 899. 10 ἀπορρηθὲν αὐτῷ. Si εἴη servandum, εἰ ante
εἴη vel ἀπειρημένον inseri oportet, ut Stephano videbatur, at
tum oratio valde languida fit.
338 A Lege φῄς, non φής. — De formula μὴ ἄλλως ποίει et μὴ φθο-
νήσῃς cf. Schanzii Novas Comment. Platonicas (1871). Recte
Steph. Herm. Bait. Campb. εἰπόντος δέ μου (pro δ' ἐμοῦ) scrip-
serunt cum nonnullis codd. — Baiter φιλονικεῖν scripsit, quam
scripturam veram esse evincunt ipsius Platonis verba p. 581
A B, 582 E, 586 C et Arist. Rhet. I 10, 1368 *b*. 21; I 11,
1370 *b*. 33 etc. Ipse Herm. in Politiae fine φιλόνικος ubique
restituit non dissentiente Cobeto. Saepissime praeterea codd.
veram scripturam servarunt (sicut nostro loco Ambros. *t*) et
ad Alcib I p. 122 C scholiastes adscripsit σημείωσαι φιλονικίαν
διὰ τοῦ ι, τὴν φιλίαν τῆς νίκης. Plura congessit Heller (Cur.
Crit. p. 8 sq.) et ipse formas per ι (φιλόνικος, φιλονικία, φιλονικεῖν)

B Platoni reddendas esse arbitratus. || Pro ψεύδει nonnulli codd.
C ψεύδη, quod iam Steph. in ψεύδει corrigendum esse intellexit. ||
Deleverim voc. φῄς post τό γε τοιόνδε, quia post statim praece-
dens λέγεις φῄς plane supervacaneum est. Ellipsis figura ser-
D monem alacriorem reddit. || Corrigendum puto ξυμφέρον <θ'>
ἅμα καὶ κτλ. Mox lege Attice κακουργήσειας. Verbum κακουργεῖν
Plato in deliciis habet. Post pauca corrige ἑκάστῃ <τῇ> πόλει.
Haplographia artic. excidit.
339 A De formis ταὐτὸν et ταὐτὸ Schanz. in Novis Comm. Platon.
1871 videatur, qui ubique ταὐτὸν restituendum esse censet.
Mihi ταὐτόν, τοιοῦτον, τοσοῦτον illis tantum locis toleranda
videntur, ubi vocalis littera sequitur. — Sine causa Herwerd.
(Mn. 1883) voc. ταὐτὸν post ταῖς πόλεσι delevit: nam etsi hic
et infra (πανταχοῦ εἶναι ταὐτὸ) abundat, demonstrationis tamen
vim auget sic post ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσι (idem ac πανταχοῦ)
collocatum. — Legendum puto καθεστώσης, vide dicta ad 407
B B. || Cobetus ci. ξυμφέρον <ἕν> γέ τι, male, quia hic ἕν γέ τι
sententiae non aptum est; significat enim τὸ δίκαιον ὁμολογῶ
ξυμφέρον ἕν γέ τι εἶναι „nihil aliud esse iustitiam nisi com-
modum quoddam, quale vero sit nondum liquere“, cum apertum
sit Socratem dixisse „iustitiam praeter alia et commodi aliquid
C esse“. || Cum τοῦτο in verbis τοῦτό ἐστι τὸ δίκαιον indicet τὸ
ποιεῖν ἃ τίθενται, delendus est articulus ante δίκαιον coll. 339 B
οὐ καὶ πείθεσθαι ..... δίκαιον, 339 D ἃ δ' ἂν ... δίκαιον εἶναι
ποιεῖν, 339 E, 340 A. Thrasymachus enim in proximis (338
C—339 A) non τὸ τὰ κελευόμενα ποιεῖν esse τὸ δίκαιον conten-
derat, sed τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον.
D Malo legere ἔμοιγε δοκεῖν pro δοκῶ (sc. λέγειν). — Ver-
borum οἷον τοίνυν ..... προσέταξαν sententia haec est: „Scito
igitur te confitendo magistratus nonnunquam διαμαρτάνειν τοῦ
ἑαυτοῖς βελτίστου simul confessum esse etiam id, quod modo
(D in. τί σὺ λέγεις;) tibi permirum videretur, nempe τὰ ἀξύμ-
E φορα τοῖς ἄρχουσι ποιεῖν δίκαιον εἶναι.“ || Recte editt. (praeter
Stallb. 1850) post σοι comma tantum posuerunt. Post προσέ-
ταξαν praestat plene interpungi, ut Ast fecit. Verba ἃ ἐκεῖνοι
προσέταξαν mihi spuria videntur, non modo quia infra (340 A),
ubi eadem ad verbum iterantur, omissa sunt, sed praeser-

tim quia, si servantur, post statim praegressa (ἃ δ' αὖ προστάττωσιν οἱ ἄρ., δίκαιον εἶναι.... ποιεῖν) bis idem dicitur argumentatioque omni vi destituitur, nisi ταῦτα acerbe ad illud κακὰ refertur. In sequentibus clar. I. I. Hartman (Mn. 1892) verbum ποιεῖν ante τοὐναντίον delendum esse rectissime censuit. Verbis enim ἆρα τότε κτλ. Socrates argumentationem, quam Thras. supra exclamando τί λέγεις σύ; interruperat, ad finem perducit demonstrans τότε (i. e. si magistratus κακὰ αὑτοῖς προστάττωσι) τὸ τοῦ κρείττονος ἀξύμφορον esse δίκαιον, itaque τοὐναντίον effici τούτῳ, ὃ σὺ (Thr.) λέγεις (nempe τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον esse δίκαιον). Praeterea e Polemarchi infra Socratis demonstrationem iterantis verbis (340 B) ἐκ δὲ τούτων κτλ lucide patet iam ipsum Socratem demonstrasse etiam τὸ ἀξύμφορον iustum esse posse. Etiam infra 341 A ab eodem interpolatore ποιεῖν in verbis δίκαιον λέγω τὸ τοῦ κρείττονος ποιεῖν ξυμφ. profectum esse non modo incommoda vocabuli sedes arguit, sed etiam ipsa illa ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον: contenderat enim Thrasym. initio (338 C) τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον esse δίκαιον (vide dicta ad 339 C). — V^am^ L. ξυμβαίνει probarunt Ast Madv. Wohlr., male, cum ἀναγκαῖον pro ἀναγκαίως dici nequeat. Pronomen αὐτὸ (ante οὑτωσί [1]) molestum hic esse satis inter viros dd. constat, I. I. Hartmanno autem (l. l.) vocem delendam putanti non assentior, nam quis hercle id in textum intulisset, cum ξυμβαίνειν saepissime (cf. 339 A, 375 D in.) impersonaliter adhibeatur. Equidem c. Astio puto vocem αὐτὸ a sua sede librariorum culpa semotam et reponendam esse ante τοὐναντίον (ut 334 E scriptum exstat); postquam enim litterarum ductuum similitudine inter εἶνΑΙ et ΤΟὐναντίον (verbum ποιεῖν insiticium esse iam supra demonstravi) interciderat, a correctore alieno loco repositum est. — Naber (Comment. Plat. I 1862) ci. ὦ σοφώτατε [Θρασύμαχε], quod minus placet [2]), quia vocativus sine nomine acerbitatis, cum nomine ironiae plenus est. Vocativi adiectivorum gradu

[1]) Camp. οὑτωσί vertit „in this case"!!
[2]) Et in Gorg. 489 C ὦ σοφώτατε Καλλίκλεις. Callicles ἀδικίας laudator erat sicut Thrasymachus.

superlativo modo cum nomine, modo sine nomine usurpantur: si nomen omissum, tum ἀνδρῶν mente suppleri oportet, ita ut ὦ σοφώτατε significet „o omnium doctissime!"; quum autem Socrates id cum risu dicat, verba ὦ σοφώτατε fere idem valent atque ὦ ἀνόητε; at non solet Socrates sicut Thrasymachus, Polus, alii, adversarios suos conviciis consectari neque hic igitur id fecisse putandus est; — sin vero nomen additum est, superlativus tantum auget vim gradus positivi, ita ut ὦ σοφώτατε Θρασύμαχε vertendum sit Latine „o valde docte Thr.!", quod si ironice (cf. 337 A) dictum est, valet „o tu, qui minus sapis quam volgo videris" nec tam acerbum est quam illud ὦ σοφώτατε.

340 A Verba ὑπὸ τῶν ἀρχόντων spuria sunt. Primum opus erat
<τὰ> ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, deinde alieno loco inserta sunt et
plane frigent. Mox multo rectius quam Stallb. (1850) reliqui
editt. interpunxerunt, post alterum ἔθετο punctum finale
C ponentes. || Optime (probante Wohlr.) H. Bonitz (Zeits. f. österr.
gymn. 1865) mancam esse orationem in verbis τοῦτο ἦν ὃ....
ἐάν τε μὴ intellexit, at coniciens τὸ δίκαιον [,] τὸ τοῦ κρείττονος
ξυμφέρον, <τὸ ξυμφέρον> δοκοῦν κτλ parum venuste Socratem
loquentem fecit. Mihi omnia sana videntur fore, si legeris
D τὸ δίκαιον, τὸ [τοῦ κρείττονος] ξυμφέρον δοκοῦν κτλ. || Verba
τότε ὅταν ἁμαρτάνῃ, κατὰ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν corrupta sunt,
primum dicendum erat κατ' αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν, deinde bis
idem dicitur. Praepositio κατὰ insiticia est et illata fuit ab
aliquo, qui non intellexerat Graece dici posse ὅταν ἁμαρτάνῃ
ταύτην τὴν ἁμαρτίαν. Mox Bekker recte λέγομεν <μὲν> requi-
E rebat. || Stallb. (1858) et Heller (Cur. crit. p. 3) V^am^ L
ἐπιλειπούσης probarunt (*non* ceteri editt.), recte ni fallor: aoristus
causam, praesens conditionem (τότε, ὅτε ἐπιλείπει) indicat. Post
pauca corrige sis τοιοῦτόν <τι>, vid. dicta ad 331 C. —
Secundum ea, quae Cobetus in Mn. 1860 p. 361—8 disputavit,
hic νυνδὴ legendum est. Quae Photius tradidit, ea a doctis
grammaticis, quales Boethus, Pausanias, alii fuere, mutuatus
est, qui sua vice Alexandrinorum copiis usi erant. Photii
igitur opera perantiquae doctrinae reliquiae ad nos pervenerunt, quibus non temere fidem abrogare licet. Quum autem

Photius testetur se Boethi libros (*Λέξεων Πλατων. συναγ. κατὰ στοιχεῖον* et *Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων*) adhibuisse simulque in iis locis, ubi *νυνδὴ* idem atque *ἄρτι* valeat, e Platone locum quendam (Legg. 683 E) citaverit, dubitari non potest quin ipse Boethus super vocis *νυνδὴ* usu scripserit, quod sine dubio non fecisset, si *νυνδὴ* a Platonico sermone afuisse comperisset. Photius haec habet: *νυνδή· ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Νόμοις* (683 E)· *ἢ νυνδὴ* [*ὀλίγον ἔμπροσθεν* (delevit Badh.)] *τούτοις κτλ. Ἐν δὲ τοῖς Νόμοις* (629 D) *διαλελυμένον εἴρηκεν τὸ μὲν νῦν ἐπὶ τοῦ παρόντος χρόνου, τὸ δὲ δὴ ἐπὶ συνδέσμου· ὃς δὴ πάντων τῶν πολέμων χαλεπώτατος, ὥς φαμεν ἡμεῖς νῦν δή*'. Similiter Eustathius *νυνδη* coniunctim [1]) scribi oportere, si *ἄρτι, ἀρτίως* significet, docet. De vocis accentu ambigitur; secundum Eustathium *νύνδη* (paroxyt.) scribendum [2]) est, secundum Cobetum, Herwerdenum, alios *νυνδὴ* (cf. *δηλαδή, ἐπειδή*). Quum nostro in loco *νυνδὴ* scribi oporteat, recte Hirschig (ed. Gorgiae 1873) V^am^ L. *ἀποκρίνασθαι* probavit.

341 A Utique legendum *τὸ τοῦ κρείττονος* [*ποιεῖν*] *ξυμφέρον*, vid. ad
B 339 E dicta. || Stephanus voce *μὴ* in verbis *μὴ λαθὼν* offensus correxerat *μὴν λαθὼν* vel *με* (V. L.) *λαθὼν* (sic et Ast), prave, quia *μὴ* ad solum partic. *λαθὼν* pertinet et ea verba idem valent atque *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς*. Quum vero *τῷ λάθρᾳ τι ποιεῖν* unum *τὸ βίᾳ τι ποιεῖν* (i. e. *βιάζεσθαι*) opponi soleat (cf. ex. gr. 365 D *οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι*) ac Thrasym. dicere velit *οὐ γὰρ ἄν με κακουργοίης οὔτε λαθὼν οὔτε βιασάμενος* (sic recte Ast explicavit), verum vidisse mihi doctissimus Hirschigius (ed. Gorg. 1873) videtur illa verba *μὴ λαθὼν* e textu eliminans; lector aliquis in mg. *μὴ λαθὼν* annotaverat ostendere cupiens se Platonis verba probe intellexisse. Paulo post corrige sis <*τὸ*> *τοιοῦτον ἐγγένηται.* — Mox dele verba *τε καὶ τὸν κρείττονα* [3]), non modo quia aliter sequentia *κρείττονος ὄντος* prorsus

---

[1]) In Bodleiano^II^ in Euthyph. 12 D *νυνδη* coniunctim scriptum est.

[2]) In cod. Vindob. F m. s. ad 397 A correxit *ἃ νύν δη*, in mg. annotans *ἤτοι πρὸ ὥρας· ὀξύνεται δὲ ἀντιδιαστελλόμενον τῷ ἁπλῷ νῦν.*

[3]) *Κρείττονα* pro *κρείττω* vitiosum. Ubique Plato scribit *κρείττω* (340 *c*), *κρείττους, χείρους, ἥττω, ἥττους*, alia.

frigerent, sed etiam quia in 340 E ult. sophistes *τὸν ἄρχοντα* definiens simul *τὸν κρείττω* definierat; dixerat enim in 338 D *οὐκοῦν τοῦτο κρατεῖ, τὸ ἄρχον.* Post pauca Monac. q *τὸν* <*τῷ*> [1]) *ἀκριβεῖ λόγῳ* recte exhibet, ut in § C legimus. Benedicti c^am^ *ὃν νυνδὴ* (sic legendum) *ἔλεγες* probarunt Herm. Hirschig (1873), Bait. Wohlr. Campb., recte; in Par. A *ὃ* in rasura scriptum.
C Cf. in § C *ὃν ἄρτι* (i. e. *νυνδὴ*) *ἔλεγες*. || Hirschigius (ed. Gorg. 1873) verba *καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον* probante Cobeto (Mn. 1874 p. 149) sustulit. Iam in 336 B Socrates Thrasymachum (de quo Athen. *διαβάλλει δὲ ὁ Πλάτων καὶ Θρασύμαχον, ὅμοιον εἶναι λέγων τῷ ὀνόματι*) cum aliquo *θηρίῳ* composuerat, nunc autem eum lepide leonem appellat, ut verba *καὶ συκ. Θρασύμ.* prorsus frigeant. Hirschigio obtemperandum censeo, etsi iam Aristides ea verba legisse videtur. — Mox Herwerd. (Mn. 1883) verba *καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα* delet, male ni fallor; etenim cum vi illud *τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα* Socrates iterat veritus ne fuci ac fallaciarum plenus Thrasym. callido responso elabi conetur, cf. ex. gr. 345 B *ἀλλὰ πρῶτον μέν, ἃ ἂν εἴπῃς, ἔμμενε τούτοις .... καὶ ἡμᾶς μὴ ἐξαπάτα* (vox *λέγε*, sicut in *ὃν ἄρτι ἔλεγες*, significat „in animo habe, cogita de", cf. etiam
E Phil. 64 B ult.). || Iure Campb^o^ vox *νῦν*, cuius iam sedes insolita est, displicuit, nam medicina non sicut sophistarum ars Platone vivente recens inventa erat, quamquam Platonis aetate Hippocratis doctrina meritisque quasi renata erat, nec *νῦν* per *idcirco* vertere licet verbis *διὰ ταῦτα* praegressis. Assentior igitur Campb^o^ *ἡμῖν* pro *νῦν* corrigenti (*ἰατρικὴ* <*ἡ*>*μῖν*).

342 A Verba *ἔσθ' ὅ, τι* sanissima sunt eaque Liebholdium (Fleck. Jbb. 1893 ci. *οἶσθ' ὅτι*) coniectura vexare non oportuerat; cf. ex. gr. 399 A. Mox pro *ἐπ' αὐτοῖς* legendum *ἔτ' αὐτοῖς*, sicut paulo post legimus *καὶ δεῖ ἑκάστῃ τέχνῃ*, non *ἐπὶ ἑκάστῃ τέχνῃ*. Pro *εἰς ταῦτα* Venetus *Π* exhib. *εἰς αὐτὰ ταῦτα* (sic Ast), quae lectio mihi probanda videtur utpote significans facultates illas (*ταῦτα*) pernecessarias esse. Corrige praeterea *ἑκάστῃ* <*τῇ*> *τέχνῃ*, cf. ex. gr. 346 *c*. Pro *ἐκποριζούσης* nonnulli codd. exhibent

---

[1]) Litt. *ω* in articulo correctori debetur.

ἐκποϱισούσης (sic Steph.). Ast autem et Bekker cum duobus codd. recte ἐκποϱιούσης scripserunt. Ceteri editt. praesentis
B participium servarunt, male; cf. in E σκέψεταί τε καὶ πϱοστάξει. || In sequentibus textus graviter interpolatus est. Verba ἐπὶ τὴν αὑτῆς πονηϱίαν τὸ ξυμφέϱον σκοπεῖν, quae et grammaticae et sententiae adversantur, delenda censeo. Cum enim subobscure Plato scripsisset ἢ οὔτε αὑτῆς οὔτε ἄλλης πϱοσδεῖται (quae significant ἢ οὔτε τοῦ αὑτῇ τὸ ξυμφέϱον σκοπεῖν πϱοσδεῖται οὔτε ἄλλης τέχνης) aliquis ad αὑτῆς πϱοσδεῖται adscripsit τὸ ξυμφέϱον σκοπεῖν, ad ἄλλης πϱοσδεῖται autem ἐπὶ τὴν αὑτῆς πονηϱίαν, deinde illae animadversiones sine ullo nexu in textum illatae sunt. At continuo ipse Plato fusius explicat quae breviter praemissa erant: ad ἑαυτῆς enim πϱοσδεῖται explicandum pertinent verba οὐδὲ πϱοσήκει τέχνῃ ἄλλῳ τὸ ξυμφέϱον ζητεῖν κτλ, ad ἄλλης πϱοσδεῖται autem verba οὔτε γὰϱ πονηϱία οὔτε ἁμαϱτία οὐδεμία οὐδεμιᾷ τέχνῃ πάϱεστιν. Cum enim ipse Socrates diserte dicat nullam artem per se imperfectam esse, quo modo igitur ferri potest οὔτε ἄλλης (ἡ τέχνη) πϱοσδεῖται ἐπὶ τὴν αὑτῆς πονηϱίαν? Similiter paulo ante (341 D) in verbis ἆϱ' οὖν καὶ ἑκάστῃ...... τελέαν εἶναι nonnulli librarii annotationes marginales in textum intulerant, quas Bekk. et Schneid. prave susceperunt. — In Par. A pr. m. αὖ.. scripsit, corrector αὐτή. Verba ἕωσπεϱ ἂν..... ἐστίν (sic legendum) mihi non sana esse videntur, nisi
E corrigas aut <ἢ> ἀκϱιβὴς aut ἀκϱιβῶς. || Quamquam in § D (καθ' ὅσον ἰατϱὸς) et 345 D (καθ' ὅσον ἀϱχὴ) verbum ἐστίν omissum est, nescio an et hic (καθ' ὅσον ἄϱχων ἐστὶ) ἐστὶ omittendum sit, quia et 345 c (καθ' ὅσον ποιμήν ἐστιν) occurrit. Praestat in his minutiis codd. sequi. — Pro καὶ πϱὸς ἐκεῖνον (sic Bremius, Bait.) Par. A et Ven. Π κ. π. ἐκεῖνο exhibentes secuti sunt Ast Schneid. Herm. Wohlr. Campb.. Vocem ἐκεῖνο ad τῷ ἀϱχομένῳ referri posse (coll. 345 D, 346 D) recte Schneid. Wohlr. Campb. contendunt, quamquam propter praegressa κυβεϱνήτης τε καὶ ἄϱχων et ναύτῃ τε καὶ ἀϱχομένῳ dubitari [1]) potest an τῷ ἀϱχομένῳ καὶ ᾧ κτλ neutr. generis sint. Simulatque ἐκεῖνο enuntiatum

---

[1]) Quod cum probe Astius intellexisset, tamen prave legendum censuit (ut per appositionem verba τὸ ἐκείνῳ ξυμφ. κτλ addita putarentur) καὶ πϱὸς ἐκεῖνο βλέπων [καὶ] τὸ ἐκείνῳ ξυμφ. κτλ.

est, non necesse est nos statim de praegresso τὸ τῷ ἀϱχομένῳ sc. ξυμφέϱον cogitare, cf. 346 E (τὸ ἐκείνου ξυμφέϱον κτλ).

343 A Pro τί δαί; (sic Florent. α') ceteri editt. omnes τί δέ (vulg.) ediderunt. De vocula δαὶ egerunt Heller (Curis crit.) et Schanz (Phil. Anzeiger). Hic putat formam δαὶ in Parisino A nusquam non correctoribus deberi, mirum vero quantum falsus, ut Campbellii collatio recens ostendit; ille (sicut Dindorfius) particulam δαὶ in Platonico textu servandam esse recte censet, quod illa particula sermonis quotidiani, quem et Aristophanes et Plato imitati sint, propria sit et adhibeatur *si quis indignetur* („Quid ita?") *vel miretur* („Quidnam aliud?"). Praeter τί δαί usurpantur haecce: τίς δαί, τοῦ δαί, τῷ δαί, πῶς δαί. Vulgata lectio τί δέ (et τί δή, τί δὲ δή) in argumentando adhibetur. Quum nostro in loco Socrates non amplius argumentetur, sed indignabundus exclamet οὐκ ἀποκϱίνεσθαι χϱῆν κτλ, recte Stallb. mihi videtur particulam δαὶ restituisse. Heller (p. 46) hic τί δέ probasse videtur. — In verbis ὅτι δὴ τί μάλιστα; ellipsis notanda est: plena oratio fuisset ὅτι δὴ τοῦτ' ἐϱωτᾷς τί μάλιστά ἐστιν; „quid est causae cur id roges?" Aliud exem-
B plum v. c. p. 449 C invenitur. || Quamquam Faesii c^{am} διακεῖσθαι pro διανοεῖσθαι Cobetus et Badhamus probarunt, unus tantum Wohlrabius eam in textum recepit. Vulgatam servandam puto, quia utrumque verbum hic aptum est (διανοεῖσθαι a διακεῖσθαι non differt coll. Legg. 626 D, Rep. 414 E) nec mihi propter sequens διατεθείη coniectura necessaria videtur (non semper enim eodem verbo in comparationibus opus est; scholiastes διανοεῖσθαι exhibet). Heller (Cur. crit. p. 2) scribens „illud non arguunt (sc. editt.) in huiusmodi comparatione eiusdem vocabuli repetitionem omitti posse" Faesii c^{am} improbasse videtur. — Mox lege διὰ νυκτὸς καὶ <δι'> ἡμέϱας, vide dicta ad 334 E. Post ΚΑΙ facile ΔΙ excidere potuit. — Herwerdenus (Mn. 1883) ci. πόϱϱω εἶ <τοῦ τι εἰδέναι> πεϱί τε κτλ (coll. Theaet. 151 C), quia Graece „ignarum esse" non dici soleat πόϱϱω εἶναι πεϱί τινος. Etsi ap. Platonem aliosque scriptores πόϱϱω fere semper cum genitivo aliquo coniungitur, tamen nonnunquam (cf. Arist. Pac. 198) absolute ponitur (sicut πόϱ-
C ϱωθι), itaque omni fortasse additamento carere possumus. || In

vicinia librarii manifesto textum corruperunt, quia non licet dicere *περί τε δικαίου καὶ ἀδίκου*. Primum dele *καὶ δικαιοσύνης* (quia membrorum aequalitas requirit <*τε*> *καὶ δικαιοσύνης*) et *τε καὶ ἀδικίας*, deinde corrige aut *περί τε τοῦ δικαίου καὶ* <*περὶ τοῦ*> *ἀδίκου* aut *περὶ τοῦ δικαίου τε καὶ ἀδίκου*. Eodem modo in 336 A librarii verba *οὐδὲ τὸ δίκαιον* e mg. in textum receperant. Paulo post iterum dele verba *καὶ τὸ δίκαιον*, quae plane otiosa sunt, sicut et infra tantum *ἡ δὲ ἀδικία* scriptum est. Primum igitur Plato vocabulis *τὸ δίκαιον* et *τὸ ἄδικον* usus est,
D deinde vocabulis *ἡ δικαιοσύνη* et *ἡ ἀδικία*. || Venetus *Π* m. pr. exhibet *ὦ εὐηθέστατε* [*Σώκρατες*] probante Nabero (Comm. Plat.
E 1862), optime, vide dicta ad 339 E. || J. Richter (Fleck. Jbb. 1867 bd. 95) ci. *ὑπάρχει καὶ* <*κεῖται*> *εἰ μηδεμία ἄλλη κτλ*, male; in altero quoque membro (*τῷ δὲ ἀδίκῳ*) unum *ὑπάρχει* sufficit. Post *παρὰ τὸ δίκαιον* recte alii media distinctione usi sunt. — Lege *νυνδή*.

344 A Lectionem Pari A^1 *αὑτῷ* (pro *αὐτῷ*) — quam Schneid. (in „Additam. ad Plat. Civit."), Bait. Campb. receperunt — recte Heller (Cur. p. 22) cum Herm^o et Wohlr^o improbavit. — Male editores (Stallb. Astio exceptis) V^{am} L. *ἢ* <*τὸ*> *δίκαιον* susceperunt, nam articulus tum tantum ferri poterit, si et <*τὸ*> *ἄδικον* legerimus (ut Bremius suasit). Stallb. cft 357 A
C *ἄμεινόν ἐστι δίκαιον εἶναι ἢ ἄδικον*. || Ch. F. Sehrwald (Fleck. Jbb. 1872 bd. 105) ci. *ἐστὶν ἱκανῶς δεδηλωμένη* pro *ἐ. ἱ. γιγνομένη*, quod nec palaeographia nec grammatica commendat. Praeterea *οὕτως* non „hac ratione s. hoc modo" significat, sed „has ob causas." Bene vulgatam Schneid. explicavit „iniustitia quae convenienter exsistit s. quae ita in lucem prodit ut debet." Heller annotat „gehörig, im grossen, nicht im kleinen." — Mox Herwerd. (Mn. 1883) ci. *τὸ δ' ἄδικον* <*τὸ*> *ἑαυτῷ κτλ*, quod probandum ne membrorum aequalitas [1]) pereat, quia sine articulo sic construendum: *τὸ δὲ ἄδικον ἑαυτῷ λυσιτελοῦν τυγχάνει* i. e. *τὸ*
D *δὲ ἄδικον ἑαυτῷ λυσιτελεῖ*. || Paris. A^1 *ἀθρόον* (sic Wohlr.) pro *ἀθ.*, recte; saepe sic Par. A, vid. Tim. 64. Dele praeterea verba

---

[1]) Praecedit enim *τὸ δίκαιον τυγχάνει ὂν τὸ τοῦ κρ. ξυμφέρον*, non [*τὸ*] *τοῦ κρ. ξ.* cf. 367 C.

καὶ πολύν. Fortasse forma *ἄθρουν* Platoni non abjudicanda. — Mox Naber (Comm. Plat. 1862) ci. *ὦ δαιμόνιε* [*Θρασύμαχε*], non recte puto, quia post vocaticos *ὦ φίλε, μακάριε, δαιμόνιε*, alios, nomina propria ferenda sunt, si aut in initio sermonis (sive primum incepti sive integrati) aut in fine ponuntur. De adjectivis nominibus propriis praemissis vide Schanz. in „Festgruss d. Phil. G. z. Würzb. 1868" p. 106 sqq. Vide praeterea dicta ad
E 354 A. || Clar.^{um} Groen v. Prinsterer (Prosop. Platon.) post *ἄλλως ἔχειν* signum interrogandi ponentem recte secuti sunt Stallb. (1858). Herm. Bait. Wohlr. (non Campb. nec Schneid). Campbellius vulgatam sic interpretatus „[There is no use in my remaining] for I am of a different opinion about the matter (i. e. about the nature and profitableness of justice)" mirificam vim vocabulo *τουτί* tribuit. Groenio et O. Apeltus (Weimar Gym. Jhrsber. 1880) obtemperandum esse censuit, inutilem simul coniecturam promens *ἔγωγ' ἄρ'* pro *ἐγὼ γὰρ κτλ*. — Pro *οὔτοι* fere omnes codd. (et omnes editt.) *ἤτοι* praebent, optime, dummodo cum eodem Groenio vocem divise scribas, quia in interrogationis disiunctivae altera parte *ἤ*, non *ἤτοι* in prosa saltem oratione poni solet. In 400 C *ἤ*[*τοι*] legendum (antecedens *ἢ* librarios in errorem duxerat), in 433 A cum Herwerdeno iterum *τοι* delendum (*ἢ*[*τοι*] *τούτου τι κτλ*). Illud *ἀγνοοῦντες* salse dictum est, sicut in 331 E *ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ*.

345 A Recte Campb. ad *ἔστω μὲν ἄδικος* mente supplet *τις*, nam vertendum est, „prorsus liceat alicui iniusto esse etc." Ridicule nonnulli *ἀδικία* ad *ἔστω* mente addunt, quasi iniustitiae non sit proprium iniustam esse. — Pro *πείθει* Bait. Madvig. c. uno cod. *πείθεις* legunt, sine causa, quum aut *τις* subiectum sit aut *τὸ δύνασθαι ἀδικεῖν* (Campb. „this supposed impunity
B of iniustice"). || Lege *νυνδὴ* hic et infra in § D (*ᾤμην ἔγωγε*
C *νυνδή*). || Pro *ποιμαίνειν* (sic Ast Bkk. Schn. Bait. Campb.) Par. A *πιαίνειν* exhibet (sic Herm. Wohlr. Eusebius) Cobeto Mn. 1881 probante. Nonnulli codd. *παχύνειν* (i. e. gloss. vocis *πιαίνειν*) praebent. Unum *πιαίνειν* verum est tam propter sequentia *ὥσπερ δαιτυμόνα τινὰ κτλ* (cf. Aniani poetae versum *βοῦς δὲ π ι α ν θ ε ί ς, δοκέω μέν, καὶ μεσέων νυκτῶν ἡδὺς κἠμέρης*) quam propter verba in 343 B *παχύνειν καὶ θεραπεύειν*. Omnis

pastoris, vel mali, proprium est *ποιμαίνειν* [1]), at *τοῦ ὡς ἀληθῶς*
ποιμένος (i. e. *καθ' ὅσον ποιμήν ἐστιν*) *πιαίνειν, παχύνειν, θερα-*
D *πεύειν τὰ πρόβατα.* || Pro (*οὕτω*) *δή* (sic Eusebius, Ast) fere
omnes codd. praebent *δέ*, minus recte, quum *οὕτω* valeat „has
ob causas." De verbo *ἐστιν* post *καθ' ὅσον ἀρχή* omisso vid.
E ad 342 E. || Legendum *καὶ ἐν* (i. e. *κἂν*) *ἰδιωτικῇ ἀρχῇ*. — Non-
nulli codd. *τοὺς* <*ὡς*> *ἀληθῶς ἄρχοντας*, quo non opus, vid.
quae Schanzius (Hermes XXI, 1886) de *ἀληθῶς* et de *ὡς ἀληθῶς*
disputavit. In Politia octies *ἀληθῶς*, duodetricies *ὡς ἀληθῶς*
occurrit. Sec. Schanzium *ἀληθῶς* recentior forma est quam
ὡς ἀληθῶς, quamquam iam ap. Aristoph. (ex. gr. Equit. 787)
ἀληθῶς exstat. Similiter formae *τῷ ὄντι* et *τῇ ἀληθείᾳ* antiqui-
ores sunt quam *ὄντως* et *ἀληθείᾳ*. In Politia semel et quadra-
gies *τῷ ὄντι* et tantum novies *ὄντως*, quinquiesdecies *τῇ ἀληθείᾳ*
occurrit (*ἀληθείᾳ* non invenitur). — De dativo Ionico *αὐτοῖσιν*
videatur C. Ritter (Untersuchungen über Plato. Stuttg. 1888),
qui illas formas in *-σι* exeuntes in V dialogis (Phaedro, Poli-
tico, Politia, Tim., Legg.) repertas esse docuit. Politiae loci
sunt hice: 345 E, 388 D (*σμικροῖσι*), 389 B (*θεοῖσι*), 468 D (*νώτοι-
σιν* ex Hom.), 560 E (*μεγάλοισι*), 564 C (*αὐτοῖσι*), 607 B (*κενεα-
γορίαισι* ex poeta aliquo). In „Legibus" dativus Ionicus frequens
est. In Politiae locis animadverti ubique (564 C excepto) litte-
ram *ι* aut praecedere aut sequi: 345 E *οὐχὶ αὐτοῖσιν*, 388 D
ἐπὶ σμικροῖσι παθήμασι, 389 B *τῷ ὄντι θεοῖσι*, 560 E *μεγάλοισι*
τέλεσι. Qui euphoniae causa Platonem sic scripsisse putant,
mihi *ἀγνοοῦντες* dicere videntur. Tres sunt res in textu Pla-
tonico, quae a viris doctis nondum satis explicatae sunt:
dativus Ionicus [2]) (praesertim in recentioribus dialogis obvius),
forma Ionica *αἰεὶ* (in omnibus dialogis; in Phaedonis papyro
saepe *αἰεὶ* occurrit), littera *ξ* in praeposit. *ξυν-* (ubique conspi-
cua). Quamquam Plato in adolescentia tragoedias scripsisse
fertur, non illis tamen poeticis studiis usum formarum epica-
rum et Ionicarum imputandum censeo, sed potius credo eum

---

[1]) Quamquam nonnunquam (ex. gr. Lysid. 209 A) *ποιμαίνειν* idem est ac *θεραπεύειν*, hic vero *ποιμαίνειν* proprio sensu accipiendum.

[2]) In voce *Ἀθήνῃσι* dativi Ionici forma mansit.

nonnulla antiquioris Atticae linguae propria relinquere noluisse.
346 A Pro *ἑτέραν* codd. A et *Π ἑτέρα* (sic omnes editt. Astio excepto),
quod non probandum, quia facilius *φαμὲν* sive *φημὶ* quam *ἐστὶν*
mente suppletur. Herwerdenus (Mn. 1883) *ἑτέραν* delere mavult,
quod alioquin Plato <*τῷ*> *ἑτέραν* vel *ἑτέραν* <*τῷ ἑτέραν*>
scripsisset. Egregie vir cl. errat putans Platonem, qui Thra-
symachum monosyllabis, ut Franco-Galli dicunt, respondentem
facit, <*τῷ*> *ἑτέραν* vel *ἑτέραν* <*τῷ ἑτέραν*> scribere potuisse.
B At eidem vocem *ἑτέραν* delenti assentior. || Deterr. codd.
lectionem *διὰ τὸ ξυμφέρειν* (pro *δ. τ. ξυμφέρον*) recte receperunt
omnes editt. (Schneidero et Stallb. exceptis). Licet dicere *ὑγιὴς*
γίγνηται [*διὰ τὸ*] *ξυμφέρον* aut *διὰ τὸ ξυμφέρειν*, at tertium non
datur. — Illam *μισθωτικὴν τέχνην* eandem esse ac *τὴν μισθαρ-*
νητικὴν apparet ex hisce: in B in aequo ponuntur, cf. *οὐδέ γ'*
οἶμαι τὴν μισθωτικὴν ἰατρικήν — τὴν ἰατρικὴν μισθαρνητικήν, in C
(*φαμὲν δέ γε τὸ μισθὸν ἀρνυμένους κτλ*) *τὸ μισθὸν ἄρνυσθαι* non
differt a *τῇ μισθωτικῇ*, in D *ἡ μισθαρνητικὴ μισθὸν ποιεῖ*,
sicut in A *ἡ μισθωτικὴ μισθὸν παρέχεται*. Apud alios scriptores
vocabulum non recurrit. Adverbium *μισθωτικῶς* obvium ap.
Eustathium Odyss. p. 1695, 35. Valde miror Platonem eidem
C D rei duo nomina indidisse. || Lege *τῇ μισθωτικῇ* [*τέχνῃ*]. || Carere
possumus verbis *ἡ τοῦ μισθοῦ λῆψις*, quae cod. Malatest. m. pr.
E omisit. In Par. A *λῆψις* punctis notatum. Delenda censeo. ||
Lege *ὦ φίλε* [*Θρασύμαχε*], quia *ὦ φίλε Θρασ.* valet „o care, dilecte
Thr.," qua appellatione Socrates nec *παίζων* nec *σπουδάζων* uti
poterat, sed *ὦ φίλε* parum differt ab *ὦ 'γαθέ*, quo modo iam
(345 A) eum appellavit. — Pro *ἀνορθοῦντα* Eusebius (Astio pro-
bante) *ἐπανορθοῦντα* exhibet. Cum saepius *ἀνορθοῦν* apud Platon.
obvium sit, nil mutandum censeo; sic juxta *ἐννοεῖν* simplex
νοεῖν nonnunquam ap. Platonem obvium. Mox corrige sis *καλῶς*
τὴν τέχνην πράξειν (cf. 374 A *τέχνην ἐργάζεσθαι*); *τέχνην πράττειν*
est artem exercere.
347 A Collato 348 E hic legendum censeo (*ἐν μισθοῦ μέρει*) *τέθηκας*
pro *εἴρηκας*. Cf. Demosth. 626, 6 *εἰς εὐεργεσίας μέρος καταθέσθαι*,
ibid. 668, 26 *οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει*. — Optimis codd.
οὐ ξυνῆκα [*πω*] praebentibus fere omnes editt. recte obtempe-
rarunt. — Pro *ξυνίης* Par. A exhibet *ξυνιεῖς*, sic recte Herm.

et Wohlrab. In § C rectius nonnulli editt. media distinctione
B post verba *ἐθέλειν ἄρχειν* usi sunt. || Eos qui *μισθοῦ ἕνεκα*
D *ἄρχουσιν* Aristophanes probrose vocat *μισθαρχίδας*. || Legendum
puto *κινδυνεύει* <*εἰ*> *πόλις* .... [*εἰ*] *γένοιτο*. Interciderat haplographia *εἰ*, deinde a librario alieno loco insertum est. — Mox J. Richter (Fleck. Jbb. 1867 bd. 95) ci. *ὅτι τῷ ὄντι ἀληθινὸς* (= *ὁ ἀλ-*) *ἄρχων* probante Schanzio (Nov. Comm. Plat 1871), optime. Id quod e perpaucis codd. Steph. et Astius receperant (*ὅτι* <*ὁ*> *τῷ ὄντι ἀλ.*), iure a Bkk° et reliquis editt. improbatum. — Cum clar° Richards (Class. Rev. 1893) corrige *ὁ γιγ.*
E [*τὸ*] *ὠφελεῖσθαι κτλ.* || Astii transpositionem *πότερον* et *ποτέρως* [*ὡς*] *ἀληθ.* pro *ποτέρως* et *πότερον ὡς* probarunt Herm. Bait. Schmelz. Wohlrab, optime; ipsum enim Glauconis responsum (*δοκεῖ μοι τὸν τοῦ δικαίου βίον κτλ*) ut sic legamus suadet. Aliquot codd. [*ὡς*] *ἀληθεστέρως* exhibent. Interrogandi signum post *αἱρεῖ* recte vulgo omissum. Conferri potest e Phaedone 92 c *πότερον αἱρεῖ κτλ.*

348 A Legendum censeo *πῶς γὰρ οὔκ* [*βούλομαι*], quamquam Hirschigius formas verborum *βούλεσθαι* et *μέλλειν* servari oportere post *πῶς γὰρ οὔ* iudicabat. Vide autem ex. gr. Lysid. 207 D ult., Lachet. 194 B ult. *βούλει οὖν..... ΛΑΧ: βούλομαι· πῶς*
B *γὰρ οὔ*; || Herm. ci. *ποτέρως οὖν.... ἀρέσκει*; recte ni fallor, quia ellipsis vocis *εἰπὲ* s. *λέγε* insolita est. Badhamus in Euthydemo 271 B <*Λέγ'*> *ὁπότερον καὶ ἐρωτᾷς, ὦ Κρίτων*; corrigendum censuit. In nostro loco fortasse ЄΙΠЄ ante *ΟΠΟτέρως* excidit. — Lectio Ven. *Π* [*τὴν*] *τελέαν ἀδικίαν* (sic Ast 1814) probanda est, nisi malis post *οὔσης* inserere <*τῆς*>. In § ult. corrige *λυσιτελέστερον* pro *λυσιτελεστέραν*, cf. ex. gr. 354 A, 344 C,
C etc. In § C corrigendum censeo *περὶ αὐτοῖν* pro *περὶ αὐτῶν*. || Verba *εἰκός γ'* vulgo cum risu dicta putant, at tum sententiarum nexus plane obscuratur. Itaque aut cum Benedicto corrige <*οὐκ*> *εἰκός γ'* aut cum Hirschigio (Philologus IX, 1854) <*οὔκουν*> *εἰκός γ'* („negatione enim opus est, cum ipse Thr. deinde diserte dicat se *τοὐναντίον* amplecti quam quod Socr. dixerat, *δικαιοσύνην* appellans *ἀρετὴν* et *ἀδικίαν* appellans *κακίαν*"). Utrum Plato dederit difficile certe diiudicatu: casu alterutrum excidisse neminem fugiet (in uno cod. pro

εἰκός γ' a m. s. *οὔκουν* scriptum; etiam 435 C et 451 A, ubi in optimis codd. negligentia librariorum *οὐκ* excidit, multi editt. scriptorem ironia usum esse absurde suspicati sunt). — Mox meliores codices post *ἐπειδὴ* voc. *γε* omittentes (sic editores quoque omnes) deserendos censeo, quia post *ἔγωγε*,
D *εἰκός γ', δῆλον ὅτι γε, καὶ πάνυ γε* saepissime *γε* iteratur. || In Par. A verba *σὺ δὲ οἴει......λέγειν* Socrati tributa sunt uno Baitero probante, *recte*: ceteri enim editt. non intellexerunt Thrasymachum illis verbis (*σὺ δὲ κτλ*) a Socrate reprehensum quod a proposito aliena respondisset; respondere sophisten oportuerat *δοκοῦσιν* vel *πάνυ γε*, sicut infra (*ἀλλὰ πάνυ οὕτω τίθημι*) tandem aliquando fecit (verbis *εἰ ἐν ἀρετῆς καὶ σοφίας τίθης μέρει κτλ* Socrates iterat id, quod supra rogarat *ἦ φρόνιμοι καὶ ἀγαθοὶ οἱ ἄδικοι*;). Similiter 349 B (et 353 C) iterum Socrates fatuum hominem increpat: *ἀλλ' οὐ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, ἐρωτῶ, ἀλλ' εἰ κτλ.* — Pro *βαλλάντια* Ast Herm. Stallb. (1858) *βαλάντια* scribunt, quod probandum, licet apud poetas hic illic voc. c. uno *λ* occurrat. Et Dindorf scripturam *βαλάντιον* probavit. Eadem ratione etiam *βαλαντιοτόμος* scribendum. Mox
E lege *νυνδή* (i. e. *ἄρτι*). || Voc. *στερεώτερον* „durius" „tractatu difficilius" Ast et Schneider verterunt, at rectius Campb. exposuit: „now you are on more substantial ground." Dicit enim Socrates „Non amplius ut modo (*οἵ γε τελέως κτλ*) a proposito aberrasti, sed certum et definitum responsum dedisti."

349 A Voc. *σκοπούμενον* mihi spurium esse videtur (*ἐπεξελθεῖν* est *inquirere* s. *σκοπεῖσθαι*; *τῷ λόγῳ* est *disputatione*). — Mox H. Wolf [1]) (vixit ab anno 1516 usque ad 1580) ci. *περὶ τῆς ἀδικίας*, quod admodum friget. Herwerdenus (Mn. 1883) autem corrigendum censuit *ἐπὶ τῆς ἀληθείας* i. e. *vere*. At nulla mutatione opus est, modo coniungas *τὰ περὶ τῆς ἀληθείας δοκοῦντα*
B i. e. sententiam tuam de vera illarum ratione proferre. || Dele prave iterata verba *ἂν ἡγοῖτο δίκαιον*. Nonnulli codd. *δίκαιον*

---

[1]) H. Wolfii in Civitatem emendationes edidit A. Gennadius (Philol. 1855). Melius de Isocrate et Demosthene meruit ille Wolfius quam de Platone, cuius (?) Axiochum emendavit. Gennadius inscius multas V. V. L. L., quas Wolfius in exemplari suo annotaverat, pro coniecturis habuit.

omiserunt, unde mendi origo apparet. Librarii post ἢ οὔ dit-
tographia ἡγοῖτο inseruerant (ἢ οὔ <ἡγοῖτο>. Ἡγοῖτο ἂν κτλ),
C deinde correctores ἢ οὐκ ἂν ἡγοῖτο δίκαιον commenti sunt. || In-
terrog. signum post καὶ τοῦ ἀνομοίου (in D in.) sustulerunt Herm.
Stallb. (1858). Bait. Campb., optime. Pro λέγωμεν det. codd. λέγομεν
exhibent; utrumque rectum, melioribus igitur codd. (λέγωμεν)
D obtemperandum. || Hermannum Par^{i} A lectioni ὁ δὲ μὴ ἐοικέναι
patrocinatum nemo editor secutus est; opus enim est iterari
μή, quum praecesserit ὁ δὲ δίκαιος οὐκ ἔοικεν i. e. ὁ δίκαιος οὐ
τοιοῦτος. Madvigii c^{am} οἷοισπερ ἔοικεν pro οἷσπερ ἐ. recte Bait.
et Campb. repudiarunt collatis his locis: 350 C ᾧ γε ὅμοιος
ἑκάτερος εἴη κτλ et Phaedon. 92 B οὐ γὰρ δὴ ἁρμονία γέ σοι
τοιοῦτόν ἐστιν ᾧ ἀπεικάζεις. Invenustam Schneideri suspicionem
<οἷοι> οἷσπερ Liebholdus (Fleck. Jbb. 1893) repetiit, in sequen-
tibus iniuria ἀλλὰ τί <οὐ> (s. <ἄλλο>) μέλλει; ἔφη requirens. —
Pro ἐοικέναι lege Attice εἰκέναι et mox corrige ἑκάτερος αὐτοῖν
pro αὐτῶν, cf. 348 C τὸ μέν που ἀρετὴν αὐτοῖν καλεῖς κτλ. || Le-
E gendum ἐν τῇ ἐπιτάσει <τε> καὶ ἀνέσει, cf. dicta ad 334 E.
Verba, quae statim sequuntur ἢ ἀξιοῦν πλέον ἔχειν in Monac.
q punctis notata sunt; delenda putarunt etiam Heller (Fleck.
Jbb. 1875 bd. 111) et J. Nusser (Blätt. f. bayr. gymn. 1885)
utpote verborum ἐθέλειν πλεονεκτεῖν interpretamentum, optime.

350 B Dele verba τε καὶ ἐναντίου ne bis idem dicatur, nam ὁ ἐναντίος
C τῷ ὁμοίῳ σημαίνει τὸν ἀνόμοιον. || Par.^{um} A ὁ δὲ (pro δὴ) Θρασύμ.
praebentem secuti sunt Herm. Bait. Wohlr., *non* Schneid. *nec*
Campb., qui recte annotat „Δὴ marks the transition from a
dramatic to a descriptive passage." — Particulam δὲ post
ὡμολόγησε μὲν abesse non posse iam H. Wolf intellexerat,
recte coniciens [1]) οὐχ ὡς <δ'> ἐγώ. Minus feliciter res Stein-
bruechelo cessit οὐχὶ δ' ὡς ἐγὼ rescribenti. Illud δὲ in § D
(ἐπειδὴ δὲ οὖν) recte iam multi ad ὡμολόγησε μὲν referri non
oportere viderant. Herwerdenus (Mn. 1883) exspectasse se
dicens οὐχ ὡς ἐγὼ νῦν λέγω ῥᾳδίως non falli mihi videtur, in
D hac porro transpositione num ῥᾳδίως genuinum sit dubitans. ||
Post ἐρυθριῶντα satius est punctum finale poni. Impense Socrates

[1]) Saepius ap. Platonem δὲ non secunda sede ponitur.

delectari solebat impudentium illorum sophistarum confusione
ac rubore; vid. in Euthyd. 297 A καὶ ὁ Διονυσόδωρος ἠρυθρίασεν.
Stobaeus hunc locum citans ἰσχυρότερον pro ἰσχυρὸν exhibet,
quod non recipiendum, quia in sequentibus (352 C ult.) Socrates
iniustitiam imbecillam esse demonstrans vocabulo ἰσχυρότερον
ei non omnem ἰσχὺν abiudicare videretur, quod non ita est.
Steinbrüchelio εἰ <δ'> οὖν conicienti obtemperandum puto
E omnibus invitis editoribus. || Bait. et Campb. ediderunt ὥστε
σοί (pro σοι), ἔφη, ἀρέσκειν, non opus, cf. 351 D ἵνα σοι μὴ
διαφέρωμαι.

351 A Corrigendum est <Ναί.> Νῦν δέ γ', ἔφην κτλ, sic demum
γ' ante ἔφην tolerabile neque amplius ipso illo ἔφην offendimur.
Secundum Baiterum Parisinus A ἔφη exhibet, Campb. vero
annotat „the breathing of εἴπερ has absorbed the sign ‾ for
ν." — Post verba ἀμαθία ἢ ἀδικία complures editt. colon recte
B posuerunt; praeterea corrige ἀμαθία <τε καὶ κακία> ἢ ἀδικία. ||
Cobeto verba καὶ καταδεδουλῶσθαι inducenti plane assentior,
quia si servarentur, bis idem Socrates diceret; καταδεδουλῶσθαι
interpretamentum est τοῦ „ἔχειν δουλωσαμένην." Frustra igitur
Heller (Fleck. Jbb. 1875 bd. 111) oblocutus est, nam absurdum
est καταδεδουλῶσθαι cum ἐπιχειρεῖν coniungere velle. — Non
male mox J. Richter (Fleck. Jbb. 1867 bd. 95) ci. ἡ κρατίστη
pro ἡ ἀρίστη, cum Thras. τὸ δίκαιον esse τὸ τοῦ κ ρ ε ί τ τ ο ν ο ς
ξυμφέρον diceret; cf. 344 A τὸν μεγάλα δυνάμενον πλεονεκτεῖν,
C alia. || Pro ἔχει Bekk. et Ast ex aliquot deterr. codd. ἔστιν
ediderunt, male, quia post sequens εἰ δὲ unice ἔχει cogitari
potest. Baiter, Stallb. post ἔχει inseruerunt εἰ, parum venuste;
J. Richter (Fleck. Jbb. 1867 bd. 95) Baiteri c^{am} improbans
ipse ᾖ pro ἡ coniecit, quod item inelegans inventum. Camp-
bellius et Wohlr. cum Hermanno vulgatam ἔχει, ἡ δικ. serva-
runt. Ego verba ἡ δικαιοσύνη σοφία ut interpretamentum delenda
censeo, quia nisi <εἰ> et <ἐστίν> supplentur in textu, gram-
D maticae adversantur. || Venetus Π cum Stobaeo καὶ [ἐν] ἐλευ-
θέροις κτλ praebet; at ἐν ferri *posse* videtur, quum ἐγγίγνεσθαι
„oriri" „nasci" significat (omitti potest sicut in 351 E ᾧ ἂν
ἐγγεν.), omitti *oportet*, ubi „accidere" (cf. 341 B, 421 B) signi-
E ficat. In archetypo κἂν fuisse verisimile est. || Corrige κοινῇ

[μετ' ἀλλήλων], ut in § C legitur. In 352 B μετ' ἀλλήλων legimus, in 352 C cum nonnullis codd. μετ' ἀλλήλων [κοινῇ] legendum (in aliquot codd. et μετ' ἀλλήλων πρᾶξαι κοινῇ inventum, quae discrepantiae arguunt κοινῇ insiticium esse). Quare verba καὶ μισήσουσι delenda sint, ad 352 A dicemus. — Μῶν μὴ est μῶν κίνδυνος μὴ ἀπολεῖ κτλ.

352 A Verba καὶ διαφέρεσθαι (interpretamentum vocis στασιάζειν) delenda sunt; etiam 603 D in. post ἐστασίαζε futile interpretamentum irrepsit, nam verba καὶ ἐναντίας εἶχεν .... περὶ τῶν αὐτῶν spuria sunt. Post στασιάζειν, νοσεῖν, μάχεσθαι eiusmodi tantum verba ferri possunt, quae et ipsa imaginem aliquam contineant [1]); confer 603 D στασιάζει τε καὶ μάχεται αὐτὸς αὑτῷ, 556 E νοσεῖ τε καὶ μάχεται αὐτὴ ἑαυτῇ. Solum στασιάζειν nostro loco sufficit, ut in 556 E (στασιάζει αὐτὸ ἑαυτῷ). Fortasse aliquis me emblematum θηρευτὴν nominabit, at vide ipso Platone duce quid scribendum sit, quid non. In 351 D legimus στάσεις (καὶ μάχας) καὶ μίση ab iniustitia procreari, idem in 351 D ult. μισεῖν καὶ στασιάζειν. In 351 E pro στασιάζειν scripsit διοίσονται, pro μισεῖν autem ἐχθροὶ ἔσονται. Nullus igitur locus est verbis καὶ μισήσουσι, quae supra e textu eieci. Cum vero in 351 D ult. στασιάζειν solum posuerit (quia στασιάζειν et διαφέρεσθαι non discrepant), cur in 352 A verbo στασιάζειν isodynamum διαφέρεσθαι subiunxisset? Tria verba quae in 351 D leguntur μισεῖν, στασιάζειν, ἀδυνάτους πράττειν, iterantur in 352 A (ἀδύνατον πράττειν, στασιάζειν, ἐχθρὸν εἶναι i. e. μισεῖν). — Mox verba καὶ τῷ δικαίῳ dele, non modo quia post παντὶ nihil desiderari potest, sed quia illud αὐτὸ (ᾧ ἂν ἀδικία ἐγγένηται) factum est ἄδικον, ita ut ad ἑαυτῷ cogitandum sit ἀδίκῳ ὄντι et in τῷ ἐναντίῳ παντὶ etiam τὸ δίκαιον contineatur. In 351 E ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς δικαίοις dixerat, nunc (352 A) ne oratio uniformitate peccaret pro τῷ δικαίῳ posuit τῷ ἐναντίῳ. Sexcenties post τὸ ἐναντίον (in omnibus cass.) librarii textum interpolarunt, vide ad 335 D. In 339 D post καὶ τοὐναντίον verba τὸ μὴ ξυμφέρον

[1]) Nequeo enim probare Schanzii (Specim. crit. 1867) verba „Graeci saepe verbum translatum et proprium coniungunt." — Verba in § ult. καὶ οὐχ ὁμονοοῦντα non spuria sunt, quia Graece bis idem dicere licet, modo id quod iam dictum est ita iteretur ut indicetur non ea fieri, quae fieri oporteret.

servari possunt, quia illic emphasi opus est. — Pro ἔστωσαν lege Attice ἔστων. Naber (Comm. Platon. II 1864) in „Legibus" tantum imperativi formam in -ωσαν exeuntem ferendam censet.
B In 354 A item corrige ἔστων. || Legendum censeo τοισδὶ pro τοῖσδε. Verba ὅτι μὲν γὰρ usque ad οἷοί τε a λέγομεν suspensa Schneider putabat, a μανθάνειν (in D) Heller et Campb., qua ratione vis particulae γὰρ prorsus perit. Puto ὅτι coniunctionem causalem esse „Quoniam enim sapientiores etc iustos esse liquet, iniustos vero nihil agere posse, at tum et illud sane non vere dicimus etc." Ita oratio minime contorta fit. Liebhold (Fleck. Jbb. 1898) ci. ἔτι pro ὅτι. Cornarii (et Stephani) c^{am} φαίνεται pro φαίνονται Badhamus (Phaedri praef.) probavit.
C Praestat autem nil mutare. || Lege μετ' ἀλλήλων [κοινῇ], vide ad 351 E. Cobeto ᾖσαν pro ᾔεσαν corrigenti (Mn. 1860) nemo,
D pro pudor, paruit. || Par. A^{I} ὥστέμοι (A^{II} corr. ὥστ' ἐμοὶ) exh. sec. Campb., sed ὡς ἐμοὶ sec. Duebnerum. Baiter et Campb. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ediderunt, sed Stephan. Herm. Wohlr. ὥς γέ μοι δοκεῖ. Ego Stallb. sequar coll. Gorg. 470 E ὥς γε ἐγὼ λέγω. Illud γ' in formula ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ ad ἐμοὶ pertinet (saepius γε traicitur). Hermannum (Vol. IV p. IV), qui Stallbaumium hic ἐμοί, sed 329 A μοι legentem vituperat, fugit inter hos duos locos
E magnum discrimen esse. || Astio requirenti ἀκούσαις <ἂν> recte nemo paruit, at utique legendum ἀκούσειας [ἄλλῳ] ἢ ὠσίν;

353 A Ex Stobaeo Steph. et Ast. ediderunt τῷ ἐπὶ τούτῳ ἐργασθέντι, quod probandum puto coll. 341 E ἐπὶ τούτῳ παρεσκευάσθη ἡ τέχνη, 341 D ἡ τέχνη ἐπὶ τούτῳ πέφυκεν. Paulo ante corrigere malo ἀλλ' οὐδ' ἂν ἑνί γ' coll. § D οὐδὲ ἂν ἑνί, 359 B etc. Mox corrige ἢ μόνον [τι] ἢ κτλ, illud *TI* aut ex *H* ortum est aut ex τις, quod aliquis nesciens ἕκαστο subiectum esse verbi ἀπεργάζηται inseruisset. — Quum illud ἑκάστου (in § A) neutrius sit generis,
B in B in. vox πράγματος delenda est. || Optimos codd. φαμέν, ἔστιν ἔργον (pro ἔστι τι ἔργον) exhibentes fere omnes editt. (necnon Stallb. 1858) secuti sunt. Ego cum Stobaeo, Astio ἔστι τι legam, quia statim sequitur ὅτων ἦν τι ἔργον. Haplographia τι excidit. — Par. A οὔτω; οὔτω, optime; vid. dicta ad 331 c. — Heindorfius ci. ἀπεργάσαιτο (sic Bait.) improbante Astio. At infra bis singularem Plato adhibuit, quocirca et ἀπεργάσαιτο

legendum. Litterae τ lineola transversa super praecedens iota nimis producta effecit ut librarius sibi litterae ν compendium (‾) cernere visus sit. In scriptura unciali litt. τ saepe invenitur
C scripta sic ꓶ. || Pro *οὐ γάρ πω*, quae sententiam pessumdant — nam verba *ἥτις .... ἀρετὴ* in aere suspensa sunt — lege *οὔ τί πω* et totum locum sic scribe: *ἥτις, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῶν ἡ ἀρετὴ οὔ τί πω [τοῦτο]* [1]) *ἐρωτῶ, ἀλλ' εἰ κτλ.* Postquam *τί* in *γὰρ* abierat, librarii inserendo *τοῦτο* textum fulserunt. Vulgo viri dd. (Campbellio [2]) excepto) post *ἀρετὴν* cogitant *ταύτην νῦν λέγω* (sc. *τὴν οἰκείαν*), at eos [3]) fugit post Thrasymachi verba *τυφλότητα γὰρ κτλ* Socratem hoc unum tantum „*οὐδαμῶς*" respondere potuisse. — Mox Steinbrüchelio verba *τὰ ἐργαζόμενα* delenti utique obtemperandum, quia *τὰ ὄμματα* subjectum est; praeterea
D *ἀπεργάσεται* (pro *ἐργ.*) legendum. || Pro *ἐκείνης* (in aliquot codd. *ἐκείνης ἴδια* exaratum) alii codd. *ἐκείνου* exhibent. Lectio *ἐκείνου* correctorum est, at *ἐκείνης* insiticium esse (quod iam instabilis sedes arguit) optime Madvigius intellexit. Thrasymachi responsum *οὐδενὶ ἄλλῳ* Madvigii c^am^ comprobat. — Fortasse scriptura *ἐπιμέλεσθαι* pro *ἐπιμελεῖσθαι* Platoni reddenda est. Dindorfius utramque formam scriptoribus Atticis tribui oportere iudica-
E bat. || Omnes codd. omnesque editt. (Astio excepto) praebent *οὐκοῦν ἀρετήν γε* (pro *μὲν*, sic Stobaeus); at *γε* sanum esse et Stallb° (1858) visum est, recte. Cf. 354 A *ἀλλὰ μὴν ἄθλιόν γε κτλ*, Politic. 287 B *οὔκουν ἀπό γε τῶν*, ibid. 299 A ult. Illud *μὲν* facilior lectio est quam *γε*, sicut et 328 E Stobaeus *ὁποία* pro *ποία* exhibet. — Mox voc. *ψυχῆς* interpolatori quantocius reddendum. Nusquam in D et E (*συνεχώρησαν*) concesserant *δικαιοσύνην* esse *ἀρετὴν ψυχῆς*, concesserant tantummodo 1° *εἶναί τι ἔργον ψυχῆς* 2° *εἶναί τινα ἀρετὴν ψυχῆς*, at quaenam (*τίς*) esset illa *ψυχῆς ἀρετή τις* ne indagaverant quidem (sicut nec *τὴν τῶν ὀμμάτων ἀρετὴν* nec *τὴν τῶν ὤτων ἀρετὴν* definierant). Nullo igitur modo Socrates dicere potest *οὐκοῦν ἀρετήν γε συνεχωρήσαμεν*

[1]) Fortasse *τοῦτο* ferendum est, cf. 477 D ult. *ἐπιστήμην πότερον ..... αὐτήν*, ubi *αὐτὴν* prorsus abundat.

[2]) Campb: „Say rather, whatever their virtue is, for I have not come to that question yet."

[3]) Wohlrab vertit „was nur immer ihre Fähigkeit ist", quod nihil est.

ψυχῆς εἶναι δικαιοσύνην κτλ. In proximis vero (cpp. XX, XXI) *διωμολογήσαντο* (cf. 350 D) *τὴν δικαιοσύνην ἀρετὴν εἶναι, τὴν δὲ ἀδικίαν κακίαν* (cf. et 348 c), qua conventione nunc utitur ad demonstrandum justos *ἄμεινον ζῆν* (cf. 352 D) quam iniustos. Si igitur in verbis (E) *ἀνάγκη ἄρα κακῇ ψυχῇ κακῶς ἄρχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι* (i. e. *ζῆν*) *κτλ* pro *κακῇ* substitueris *ἀδίκῃ*, obtinebitur conclusio *ἡ μὲν ἄρα δικαία ψυχὴ εὖ βιώσεται, κακῶς δὲ ὁ ἄδικος.* Legendum igitur censeo sic: *Οὐκοῦν ἀρετήν γε συνεχωρήσαμεν εἶναι δικαιοσύνην κτλ.*

354 A Nabero (Comm. Plat. I 1862) corrigenti *ὦ μακάριε [Θρασύμαχε]* non assentior, quia post vocativos *ὦ μακάριε, ὦ θαυμάσιε, ὦ δαιμόνιε* nomina propria ferri posse iudico. Ex Aristophane (quem is qui Platonem legit, recordetur necesse est) nonnulla exempla promam: in Acharn. *ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη*; in Equit. 147 *ὦ μακάριε ἀλλαντοπῶλα*; in Av. 1638 *ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων Πόσειδον.* Raro quidem eiusmodi vocativis nomina (eaque per appositionem, ut ita dicam, aliquando) adduntur, at exempla tamen occurrunt. Similiter ap. Aristophanem fere semper *ὦ κακόδαιμον, ὦ πονηρὲ* obvia sunt nullo nomine addito, at in Vesparum init. *ὦ κακόδαιμον Ξανθία*, in Ranis *ὦ πονήρ' Εὐριπίδη.* Etiam vocativis *ὦ πότνια, ὦ πότνιαι* nonnunquam nomina adduntur. Nihil refert sitne ironice dictum necne; an putas illa *ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη, ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη* in Acharnensibus serio dicta esse? Non infitias ibo plerumque post *ὦ δαιμόνιε, ὦ μακάριε*, alia, nomina propria abesse et saepe post *ὦγαθέ, ὦ βέλτιστε, ὦ φίλε, ὦ ἄριστε* prave a librariis inserta fuisse, at non concedam ubique post *ὦ δαιμόνιε* et *ὦ μακάριε* [1]) nomina delenda esse, sicut Cobetus [2]) et Naber putarunt. Per me licet illud (in 344 D) *ὦ δαιμόνιε Θρασύμαχε* per appositionem dictum esse arbitrari, sed necesse non est. Post *ὦγαθέ, ὦ ἄριστε, ὦ φέριστε, ὦ βέλτιστε* sedulo nomina exstirpanda sunt, post *σοφώτατος, φίλτατος*, alia ferri possunt. Post convicia qualia *ὦ εὐηθέστατε, ὦ ἀμαθέστατε*, alia, praestat nomina deleri. Cf. quae ad 339 E

[1]) Cf. Euthyd. 303 C *ὦ μακάριοι σφῷ τῆς θαυμαστῆς φύσεως.*

[2]) Quem et Schanzius (Festgr. d. Phil. Ges. z. Würzb. 1867) ob eam rem reprehendit.

disputavimus. — Mox meliores codd. ἐπειδή [γέ] μοι exhibent, sic omnes editt. Astio excepto; ego illud γε recipiendum duco, cf. dicta ad 348 *c*. Deteriorum codicum bonae lectiones mihi non omnes (quae Cobeti [1]) opinio fuit) doctis lectoribus deberi videntur, sed earum magna pars correctoribus s. διορθωταῖς bonis
B ἀντιγράφοις usis. || Legere malim ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν [ἀπ' ἐκείνου], ὥστε κτλ. E praegressis verba, quae delevi, moleste iterata sunt; cogitatione facillime suppleri possunt. — Ad vim praepositionis ἐκ in verbis ἐκ τοῦ διαλόγου cognoscendam confer 343 E ἐκ τοῦ δημοσίου μηδὲν ὠφελεῖσθαι, 347 B ἐκ τῆς ἀρχῆς λαμβάνοντες.

---

[1]) A J. S. Kroschelo (Fleck Jbb. 1881) improbata.

LIBER SECUNDUS.

Steph. pag.

Codex Venetus t (append. 1. 4) secundi libri argumentum continet; cf. Schanzii „Ueber d. Plato Codex d. Mark. Bibl. in Ven. 1877."

357 B Recte Bekker interrog. signum demum post ἔχοντα posuit et comma post ἀσπαζόμενοι. Optimi codd. praebent (sic Schn. Herm. Bait. Campb.) καὶ μηδὲν....γίγνεται (pro κἂν....γίγνηται), *recte*; etenim pro καὶ δι' ὅσας μηδὲν....γίγνεται Plato notissimo usu scripsit καὶ μηδὲν....διὰ ταύτας γίγνεται. Ap. Homerum pro illo καὶ saepe δὲ occurrit. — H. Wolf ἔχοντι (pro ἔχοντα) correxit, male, quia tum τῷ ἔχοντι scriptum oportuerat.

358 A Herwerd. (Mn. 1883) ci. τιθεῖς....ἀλλὰ τοῦ ἐπιπόνου εἴδους, ὃ μισθῶν τε <μὲν> ἕνεκα....εὐδοκιμήσεων [διὰ δόξαν] κτλ. At cod. Par. A praebet μισθῶν ἕνεκα, cod. Ven. *Π* μισθῶν θ' ἕνεκα quumque in 357 D μισθῶν τε χάριν legatur et Par_i A (sive eius codicis, unde Par. A fluxit) librarius haplographia multos errores commiserit, verisimile est genuinam lectionem fuisse μισθῶν Θ' Ἕνεκα, ita ut Herwerd. μὲν ante ἕνεκα interponens falsus sit. Si <μὲν> requiritur, ante μισθῶν inseri potest; at si huc μὲν infertur, et 357 C (ἐπίπονα <μὲν> φαῖμεν) eo opus est. Verba διὰ δόξαν et mihi spuria videntur, cum ea nec „propter gloriam" vertere liceat (is enim, qui εὐδοκιμεῖ, semper δόξαν adipiscitur) neque, ut Schmelzer (c. Astio) putavit, διὰ τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι significare possint (nusquam enim ἡ δόξα idem est ac τὸ δοκεῖν, „videri") — In cod. Par. A, Ven. t, aliis verba ἀδικία δ' ἐπαινεῖται desunt probantibus Herm. et

Baitero. Ego (c. Schneid. Schmelz. Campb.) ea servari velim propter verba in D ἀδικίαν μὲν ψέγοντος, δικαιοσύνην δὲ ἐπαινοῦντος, quae opponuntur hisce δικαιοσύνη ψέγεται, ἀδικία δ'
B ἐπαινεῖται. Casu ea verba in Par. A exciderunt. || Cum Astio scribe πρᾳαίτερον. Ad illud κηληθῆναι cf. Phaedr. 267 D (de Protagora) ὀργίσαι....καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν. —
D Ven. *Π* et *Ξ* exhibent ἐάν σοι ταῦτα δοκῇ. || Unus cod. βουλομένῳ <εἴη> ἃ λέγω, male; Ast autem et Cobetus (nota ms. in eius Plat. exemplari Lugd. B. asservato) <ἐστὶν> requirebant [1]). Utique mente ἐστὶν supplendum, non λέγω ut Campbellio
E visum est. || Herwerdeno (Mn. 1883) verba τί ὄν τε καὶ ὅθεν γέγονε δικαιοσύνη eicienti prorsus assentior. Ex § C (οἷον εἶναί φασι καὶ ὅθεν γεγονέναι) repetita sunt ea verba, in aliis codicibus aliter scripta: Par. A τί ὄν τε, Ven. *Π* τί οἷόν τε (sic Herm. Schmelz.), Flor. x ἄκουε οἷόν τε καὶ etc. (sic Stallb. 1858, Baiter, Campbell, qui ipse ci. τί ἐστι καὶ ὅθεν γέγονε). Aliquis ad ὃ annotaverat τί οἴονται καὶ ὅθεν γεγονέναι δικαιοσύνην (sic Bkk. edidit ex paucis codd. probante Schneidero) vel simile quid, quae verba deinde mutilata in textum illata sunt. Ego ut ea spuria esse putem eo adducor quod post ἐρεῖν, non post ἄκουε collocata oportuerat. Herwerdeno praeterea <ἃ> ἄκουε i. e. <πρῶτον> ἄκουε corrigenti non adversor. Lege πλείονι (V. L.), vide dicta ad 330 A.

359 A Illud (αἱρεῖν) δοκεῖν (pro δοκεῖ, codicum lect.) Astius coniecit probantibus solis Stallb. et Baitero, optime; etiam 360 C ult. optimorum codd. lect. ἀδικεῖν, ἀδικεῖν in ἀδικεῖν ἀδικεῖ deterr. codd. mutarunt. Temere Schneider in „Additamentis ad Plat. Civit." dixit „ter autem deinceps positus (infinitivus) minus suavem redderet orationem." — Optimorum codd. lectionem αὐτῶν Bekk. Ast. Schneid. Bait. Campb. (sec. Herm. Par. A αὐτῶν praebet) recte probarunt, item Heller (Cur. Crit. p. 22). Parum recte Herm. et Schmelz. αὐτῶν ediderunt. — Herwerd. (Mn. 1891) ci. ἀδικῶν et ἀδικούμενος, *fortasse* recte, nam et τις mente addere licet. — In § B ult. corrige sis τοιόνδε <τι>
C ποιήσαιμεν, cf. dicta ad 331 C. || Recte Stallb. (1858) c. reli-

[1]) Verbum ἐστὶν omitti non solet, cf. Crat. 384 B, Gorg. 448 D, alia.

quis editt. praetulit V^am^ L νόμῳ δὲ βίᾳ (pro <καὶ> βίᾳ) coll. 552 E ἐπιμελείᾳ βίᾳ. Abesse malim mox vocem δύναμιν, quae
D interpretamentum est vocabuli ἐξουσίας. || Optimorum codd. lectio est τῷ Γύγου τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ (sic Bkk). Wiegandus autem (probantibus Herm. Bait. Campb.) Γύγου delevit, recte ni fallor, cum in Lib. X c. 12 legatur τὸν Γύγου [1]) δακτύλιον et ex Herodoto sciamus Croesi πρόγονον fuisse Gygen. Bekkeri lectionem antiquam esse demonstrant Procli verba in eius commentatiuncula Εἰς τὸν ἐν Πολιτείᾳ μῦθον (Procli comm. in Rempubl. partes ineditae, ed. R. Schoell et G. Studemund. 1886) p. 60^{30} ὡς καὶ τῇ Μαντινικῇ ξένῃ καὶ τῷ κατὰ τὸν Γύγου πρόγονον διηγήματι. Stallbaumii c^am^ τῷ Γύγῃ (V. L.) [τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ] unus Schmelzer probavit; cum vero illud Γύγῃ deterr. codd. sit lectio Proclusque c. optimis nostris codd. consentiat, non dubito quin verum Wiegandus viderit. — Codicis Ven. *Π* lectionem <ἃ> μυθολογοῦσι soli Bekk. Schneid. Campb. probarunt; ego autem malim μυθολογοῦσι delere, cum constet hunc locum interpolatoris manum passum esse. — Mox cod. Par. A ἔχειν omisit probantibus Herm. Bait. Schmelz., quasi ellipsis verbi ἔχειν ferri possit. Bekker, Schneid. Stallb. Campb. ex Ven. *Π* ἔχειν addiderunt, rectissime. Mire Madvigius ci. ἄνθρωπον, πλούτου δὲ οὐδέν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ κτλ, quam c^am^ Liebhold (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) improbans ipse ci. ἄνθρωπον, κόσμου δὲ ἄλλο μὲν ἔχοντ' οὐδέν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ κτλ. H. Jackson (Cambridge Philol. Society 9 March 1882) denique ci. τούτου δὲ ἄλλο μὲν οὐδέν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσ. δακτύλιον [ὃν] περιελόμενον ἐκβῆναι, parum docte. H. Wolfius coniecerat ἐπὶ pro περὶ, quo non opus. Herwerdenus autem (Mn. 1883) scribit „permire dictum pro περὶ δὲ τῷ δακτύλῳ"; at etiamnunc homines ita loquuntur. Cf. praeterea ap. Aristoph. Vesp. 703 λόγισαι.... ἀπὸ χειρός.

360 A Illud ἀεὶ Bekk. et Stallb. e deterr. codicibus receperunt. Quum Ven. *Π* exhibeat αὐτῷ οὕτω καὶ οὕτω, puto Platonem scripsisse αὐτῷ<καὶ>οὕτω ξυμβαίνειν (καὶ est hic „revera"). Veneti cod. librarius in mg. sui codicis (id quod conieci prae-

[1]) In mg. Cod. Malatest. legitur ἱστορία τοῦ γύγου.

bentis) γρ. οὕτω inveniens, utramque lectionem in textum
B recepit. || Verba ὡς δόξειεν (sc. ἡμῖν) interposita sunt ut Glaucon
declaret sibi de ea re aliquid dubii adhuc in animo remansisse,
itaque sine causa ea Baiter abesse maluit. Astii c^{am} ὡς δόξειεν
<ἂν> probavit H. Jackson (Journ. of Philology 1872) praeterea
ὃς [ἂν] μείνειεν κτλ requirens. Astium vero iam Schneid. et
Campb. recte refutarunt; et illud ἂν post ὃς ferri potest, quam-
quam necessarium non est: cf. ex. gr. Arist. Acharn. 737 τίς
δ' οὕτως ἄνους ὃς ὑμέ κα πρίαιτο, φανερὰν ζαμίαν; Pronomen ὃς
pro ὥστε hic usurpatum. Malim delere verba καὶ μὴ ἅπτεσθαι
D ex § D petita. || Optimi codd. ὡς φήσει praebent, quod Schneid.
Herm. Bait. Campb. recte receperunt. Sicut enim in praegressis
ἂν φαίη τις legimus, ita et hic φήσει opus est. Ille τις in § C
non differt a τῷ περὶ τοῦ τοιούτου λόγου λέγοντι. Mox Muretus
ci. ὥς φησιν ὁ <πατὴρ> περὶ τοῦ τοιούτου λ. λέγων, quam men-
dosam esse c^{am} et alii et Herwerdenus (Mn. 1883) intellexit,
ipse corrigendum censens ὥς φησιν ὁ πατὴρ [περὶ] τοῦ τ. λόγου
[λέγων] coll. Theaet. 164 E, Symp. 177 D. Cum ille λόγος sit
τῶν πολλῶν opinio „iniustitiam prodesse, iustitiam nocere", me
vulgata non offendit nec Campbellio (coll. 362 D ἱκανῶς εἰρῆσθαι
περὶ τοῦ λόγου) arbitrato περὶ hic ab ὑπὲρ non discrepare assen-
tior. Badhamus (ed. Philebi 1878) ci. ὁ ὑπὲρ (pro περὶ) τοῦ τ.
λ. λέγων i. e. „the advocate of this view." Contra saepe ὑπὲρ
idem ac περὶ significat. — Paulo post O. Apelt (Fleck. Jbb.
1893 bd. 147) sollerter ci. ἠλιθιώτατος pro ἀθλιώτατος. Saepius
ἠλίθιος et ἀνόητος (eorumque substantiva) copulantur, cf. Phaedon.
95 C, Theaet. 176 E. Ego conferri iubeo locum e Gorgia 491 E,
ubi Callicles exclamat ὡς ἡδὺς εἶ! τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς
σώφρονας. Nihilominus c^{a} *non* probanda est, cum tam τῷ ἀθλιώ-
τατος δοκεῖν quam τῷ ἠλιθιώτατος δ. opponi possit τὸ ἐπαινεῖν
(i. e. τὸ εὐδαιμονίζειν) coll. 344 A καὶ ἀδικῆσαι οὐκ ἂν ἐθέλοντας
ἀθλιωτάτους.

361 B Corrige sis (vid. dicta ad 334 *E*) καὶ <διὰ> ῥώμην. Quam
facile *ΔΙΑ* post *ΚΑΙ* excidere potuerit, neminem, opinor, fugiet.
Mox Herwerd. (Mn. 1883) ci. εἶναι [ἀγαθὸν] ἐθέλοντα, male,
nam et in 362 A ἄδικον post τὸν ἄδικον iteratum, itaque nostro
loco post εἶναι adjectivo opus est. Pro ἀγαθὸν potius δίκαιον

exspectaveram et fortasse Plato scripsit δοκεῖν δίκαιον, ἀλλ'
εἶναι ἐθέλοντα. Scholiastes Platonis in hunc modum Aeschyli
versum citat: οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλων. Postquam
δίκαιον post δοκεῖν periit, librarii ἀγαθὸν (vocis γενναῖον inter-
C pretamentum in mg. adscriptum?) in textum intulerunt. ||
Madvigius (Baitero probante) correxit τοιοῦτος [εἴη], non male,
quamquam et ἄδηλον <ἂν> οὖν emendare licet; saepius εἴη,
ἦν etc Plato omittere solet, vid. Schanzium in „Novis Comm.
Platon. 1871" (errat Schmelzer putans ἂν et εἴη simul omitti
posse). Post sententiam conditionalem εἰ δόξει κτλ mihi indica-
tivus post τοιοῦτος (ἐστίν Madvigius supplet) displicet. V^{am} L
ἄδηλον ὂν (pro οὖν) recepit Herwerd. (Mn. 1883) commate
post εἶναι posito, quod ferri potest dummodo c. Madvigio εἴη
deleatur. — Mox E. Mehler (Mn. 1854) recte ci. [ὑπὸ] κακοδοξίας
propter Phrynichi (Bekk. Anecd. 1814 p. 6. 13) verba ἄτεγκτος
παρηγορήμασιν· Αἰσχύλος. δοτικῇ ἀντὶ γενικῆς Ἀττικῷ ἐχρήσατο ἔθει.
Πλάτων γενικῇ κέχρηται· μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας. Patet Pla-
tonem scripsisse τέγγεσθαι κακοδοξίας omissa praepositione.
Τέγγεσθαι (vid. Photium) idem est atque εἴκειν. Ut ἡττᾶσθαι (et
κρατεῖσθαι) c. genitivo construitur (i. e. „cedere", εἴκειν), ita
Plato τέγγεσθαι adhibuit. Pro ἴτω in codd. ἤτω scriptum; de
Par. A Campb. annotat „By A^{I} is ἴτω corrected to ἤτω." Sex-
centies in Par. A η̄ pro ι modo scriptum, modo correctum
D est. || V^{am} L περιμένει pro ἐπιμένει recte (cf. 365 A) probarunt
E Ast et Hirschig (ed. Phaedonis 1853). || Mox corrigendum
censeo κἂν δὴ καὶ ἀγ. pro καὶ δὴ κἂν ἀγ. κτλ. — V^{am} L δεθή-
σεται recte probarunt H. Wolfius et Herwerd. (Mn. 1883). —
Pro ἐκκαυθήσεται antiquitus (testibus Clemente Alex., Eusebio,
Theodoreto) ἐκκοπήσεται legebatur (sic et nonnulli codd.), unde
Astius suspicatus est Platonem scripsisse ἐκκαυθήσεται καὶ ἐκκο-
πήσεται, quam sententiam Herwerdenus (l. l.) comprobans prae-
terea correxit [ἐκ]καυθήσεται [καὶ], ἐκκοπήσεται κτλ. Prorsus
assentior Herwerdeno, quamquam non infitior etiam τὸ ἐκκάειν
τοὺς ὀφθαλμοὺς (Gorg. 473 C, Herod. 7. 18) inter suppliciorum
genera (iuxta ἐκκόπτειν, ἐξορύττειν τοὺς ὀφθαλμοὺς) referendum
esse. Ciceronis aetate nondum corruptus hic locus fuisse videtur,
quum in eius de Republica Lib. III° exhibeatur „bonus ille

vir . . . . . effodiantur oculi, vinciatur, uratur etc." Pag. 613 E quoque Herwerdenus malit [ἐκ]καυθήσονται.

362 B Cobeti c^{am} ξυμβάλλειν [κοινωνεῖν] nemo recepit, male, quia illa verba inter se non differunt (cf. 333 A ξυμβόλαια δὲ λέγεις κοινωνήματα, 343 D πρῶτον μὲν ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους κτλ) omniaque iniusti emolumenta in hac sententia per unum tantum verbum enuntiantur. Propter verba in Legg. 738 A τὰ ξυμβόλαια καὶ κοινωνήματα vir doctus A. Platt (Class. Rev. 1889) malebat ξυμβάλλειν <καὶ> κοινωνεῖν. Possunt sane (quis negabit?) verba illa copulari (cf. ex. gr. Procli Ἐπίσκεψις τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐν δευτέρῳ τῶν Πολιτικῶν πρὸς Πλάτωνος Πολιτείαν ἀντειρημένων p. 129^{10} edit. Schoell: πᾶσα γὰρ πόλις κοινωνούντων ἐστὶν ἀλλήλοις ἀνθρώπων καὶ ξυμβαλλόντων), at hic periodi
C structura id non patitur. || Richards (Class. Rev. 1893) ci. ἀμείνον' (s. ἀμείνονα) ἢ τῷ κτλ, quo non opus est. Praeterea Plato tantum formis per -νω utitur (sicut -ους pro -ονες, -ονας), ut non liceat vitiosis formis bonas commutare librariorum
D more. || Cod. Par. A, Venetus t, alii omittunt ἔφη (probante uno Bait.), male. Scholiastes legisse videtur ἀδελφὸς ἀεὶ παρείη, quod minus placet (videtur ἀεὶ e male lecto compendio $\overline{ΑΡΙ}$ i. e. ἀνδρὶ prodiisse). Non ex Homero, sed ex aliquo poeta haec sumpta esse Astius putavit immemor consimilis in „Protagora" loci p. 339 E 340 A.

363 A Optimi codd. non τῷ ἀδίκῳ (sic Muretus, Herm. Schmelzer, Campb.), sed τῷ δικαίῳ praebent, quod ferri nequit. Unius codicis lectionem ἀπὸ τοῦ εὐδ. ὄντα. ἐπὶ πλέον κτλ probarunt Ast (1814), Madvig, Baiter, rectissime. Madvigius autem falsus est annotans „non aptissimum hoc τῷ ἀδίκῳ est; neque enim Glauco iniusto simpliciter haec evenire dixerat, sed iniusto, qui iustus videretur;" cf. enim 362 C ult. οὕτω φασίν, ὦ Σώκρατες, κτλ, ubi τῷ ἀδίκῳ simpliciter dictum est pro τῷ ἀδικῷ τῷ δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι. — Cobeto corrigenti ἀγαθά, <ἃ> τοῖς ὁσίοις [ἃ] κτλ nemo paruit: cum emphasi verba τοῖς ὁσίοις pronomini relativo praeposita esse Campbellius dixit comparans 377 E ἃ τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο, 413 C τοῦτο ὡς ποιητέον. Facio cum Cobeto dicenti „fieri non potest ut dativus e verbo sequenti suspensus illi pronomini praemittatur. Scriptum erat ΑΓΑΘΑΑ

et altero Α omisso sciolus necessarium pronomen alieno loco
B inseruit." || Hesiodi versus sunt

τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς
ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας,
εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι,
τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα τοκεῦσι.

Illum pluralem ἄκρας et μέσσας Plato ad τὰς δρῦς accommodavit, sicut in 362 A ult. καρπούμενον scripserat pro καρπούμενος. Illud in secundo versu interpositum φησὶ (s. φησὶν), quod aliquot codd. omittunt, abesse malo. Iis, qui φησὶν retinent, versuum formam servare non licet, quamobrem recte 388 C Herm. verba ὢ πόποι φάναι a versibus secrevit. In Alcibid. II p. 143 A quoque φησὶ sic interpositum est, item Ion. 537 A
C 538 A. || Par. A^{I} ὑὸς praebet sicut fere ubique, Par. A^{II} (aut A^{I}) correxit ὑ'ὸς. Et in Veneto t ὑ'ὸς occurrit. In aliis quoque vocabulis iota superscriptum in Par. A cernitur: ἀ'ει (fere semper), ῥᾳστώνη, ἅ'δην, alia. Non dubito quin forma ὑὸς Platoni reddi debeat. Iota superscripti Bastius exemplum dedit in voce αἴδεσθαι. — Mox legendum censeo ἀγαγόντες [τῷ λόγῳ], quia per totum hunc locum res fictae narrantur et statim sequens ποιοῦσι facit ut illo additamento carere possimus. In § D quoque
D legitur κατορύττουσι omissis verbis τῷ λόγῳ. || Cobet (Mn. 1878 p. 351) correxit διάγειν [μεθύοντας] κτλ, quod probandum, quia ex ipsa rei natura est ut ii, quibus coronatis convivium apparatum sit, bibant. Vocem μέθην non in malam partem accipi oportet. — Campbellius putat Platonem in συμπόσιον τῶν ὁσίων lusum verborum obvolvisse, sicut in 495 E λελυμένου—λελουμένου, 540 C δαίμοσιν—ὡς εὐδαίμοσι, 614 B Ἀλκίνου—ἀλκίμου, 621 C ἐσώθη—σώσειεν, Symp. 185 C Παυσανίου δὲ παυσαμένου (διδάσκουσι γάρ με λέγειν οὑτωσὶ οἱ σόφοι), Phileb. 16 C δηλῶσαι μὲν οὐ πάνυ χαλεπόν, χρῆσθαι δὲ παγχάλεπον, Rep. 580 C ὁ Ἀρίστωνος ὑὸς τὸν ἄριστον ἔκρινε.

364 A In Veneto t verba τε καὶ δικαιοσύνη in mg. adscripta sunt manu recentissima, in Par. A et Veneto Ξ omissa sunt. — V^{am} L ἀτιμάζειν [τε] καὶ recte Herm. Bait. Stallb (1858). Campb.
B receperunt, quia praegressum est εὐδαιμονίζειν καὶ τιμᾶν. || Speciosa Richardsii (Class. Rev. 1893) dubitantis c^{a} ὡς ἄρα

C καὶ θεοὶ πολλάκις τοῖς μὲν κτλ non necessaria est. || Optimorum codd. lectionem βλάψει solus Campb. adhuc tuetur. Lectionem βλάψειν Schn. Herm. Bait. Schmelzer amplexi sunt. Nullus autem locus futuro est, sed aoristo, quia praemissum ἀκεῖσθαι praesens est. Ipse scholiastes ἀκεῖσθαι per θεραπεύειν explicans ostendit se ἀκεῖσθαι praesens habuisse. Cum praesenti aoristus, non futurum copulari potest, cf. ex. gr. 365 D οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι, 442 A B ἀλλὰ καταδουλώσασθαι καὶ ἄρχειν ἐπιχειρήσῃ. Optimo igitur iure Mureti c^{am} βλάψαι recepit Astius. Postquam βλάψαι in βλάψειν abierat, iterum vocabulum corruperunt librarii, sicut in 359 A αἱρεῖν δοκεῖ pro ἀ. δοκεῖν scripserant. — Mureti c^{am} ᾄδοντες pro διδόντες probarunt Schaefer (ad Dionysii Comp. verb. p. 246), Cobetus, Madvigius, Baiter, optime. Quamquam διδόναι nonnunquam significat διδάσκειν, „tradere," is sensus hic minime idoneus est, quia Homerus dici non potest κακίας πέρι praecepta dedisse. Solum ᾄδοντες genuinum est. Eodem modo, quo hic, librarii in 398 D διδομένου pro ᾀδομένου tradiderunt. Madvigius praeterea περὶ pro πέρι scripsit, quam emendationem iniuria non recepit Campbell εὐπετείας pro acc. plur. accipiens διδόντες servato. Inepte Liebhold (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) ci.
D περὶ εὐπετείας διελθόντες. || Post ἀνάντη Par. A^{II} mg. adscripsit καὶ τραχεῖαν. — Veneti Π^{I} lectionem στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ probarunt Bekker, Ast, Campbell. Par^{us} A^{I} vero praebet λιστοὶ δὲ στρεπτοί τε, unde Schneider (probantibus Herm. Bait. Schmelz.) effinxit λιστοὶ δέ [στρεπτοὶ] τε καὶ θεοὶ κτλ. Videntur (quamquam fieri etiam potuit ut memoriae errore Plato sic scriberet) antiquitus ante Alexandrinam Homeri recensionem duae lectiones (λιστοὶ et στρεπτοί) pervulgatae fuisse, quarum vero alteram ut minus elegantem propter sequens λισσόμενοι Alexandrini missam fecere. Non dubito quin Plato λιστοί scripserit. In sequentibus Homeri codd. exhibent καὶ τοὺς μὲν θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσιν. Permulta documento sunt Platonem poetas memoriter citasse. In praegressis Hesiodi versibus codd. Hesiodi non λείῃ, sed ὀλίγῃ exhibent. Nescimus an memoriae lapsui illud
E λιστοὶ debeatur. In Hom. Θ 488 legitur τρίλλιστος. || Hemsterhusius (nota ms., vide ad 330 B) dub. ci. ὅρμαθον (pro ὅμαδον), quod quidam Vaticani Mureti praebebant. Cum vero nomen

ὅμαδος possit significare „multitudinem" (Hesych. ὅμαδον· ἄθροισιν. στρατόν, Schol. Platon. συναγωγήν), nil mutandum censeo. Apud Themist. (Orat. II p. 32 B) cf. ἀλλὰ βιβλίων ὅμαδος ὅλος κτλ. Cum Astio lege ἐκγόνων pro ἐγγόνων. Madvigii c^{am} παιδιᾶς [ἡδονῶν] unus Bait. recepit, iure ni fallor, quod in § C (ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν) vocabulum ἡδονῶν non differt a παιδιά. Ut pro διὰ θυσιῶν quidam codd. praebent μετά τινων ἑορτῶν τε καὶ θυσιῶν (ipse Venet. Π exhib. non διὰ θυσ., sed καὶ θυσιῶν), quod ex § C petitum est, ita ad παιδιᾶς librarii ἡδονῶν ad scripserant. Astius vertit „cum ludorum oblectamentis," Campb. „and sportive delights." Complures codd. exhibent καὶ μετὰ παιδιᾶς ἡδονῶν, quod e § C petitum.
365 A Cobeti c^{am} περιμένειν nemo recepit, recte, nam indicativus ab ὡς pendet. Mox corrigere praestat ἀρετῆς <τε> πέρι καὶ κτλ. — Illud τί.... ποιεῖν (i. e. quo animo esse) bene Campb. illustravit his locis: 330 *c*, 360 *c*, 416 B, 494 C, 432 A, 523 E, aliis. Parum igitur hic ποιεῖν a νοεῖν discrepat. — Attici scriptores scribunt ἐπτόμην, πτέσθαι, πτόμενος. Per α scribunt Homerus et tragici (vid. et Schanzium Op. XII praef. p. 18). Par. A^{II} mg.
B exhibet καὶ ἐπιπτόμενοι. || Post ἀπάταις ap. Pindarum (Christ. fr. 233) sequuntur haecce: ἀναβαίνει (quod accommodationis gratia in ἀναβάς Plato mutavit, vid. dicta ad 363 B) ἐπιχθόνιον γένος ἀνδρῶν, δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Astius ci. κατὰ μὲν γὰρ τὰ λεγόμενα pro τὰ μὲν γὰρ κτλ, quo non opus est. Recte Schneider hic anacoluthon esse statuit, cum τὰ λεγόμενα subiectum vocis φασιν esse nequeat. Ita vertam Latine: „Secundum ea quae volgo (μὲν) dicuntur, nam quomodo res ipsa (δὲ) comparata sit nescio, mihi nullum commodum erit, ut dicunt, etc." — Optimorum codd. lect. ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ tutati sunt Bekk. Ast. Schneid. Campb., prave ut demonstravit Hermann, qui cum Dobraeo (Advers. crit.) ἐὰν μὴ καὶ δοκῶ e deterr. codd. recepit probante Baitero. Mihi neutra lectio placet, quamobrem lego ἐὰν καὶ δοκῶ. Quod sola *iustitiae species* i. e. iniustitia iustitiae insignia furata, commoda affert, inde efficitur cuique, nisi sit iniustus, vel iustitiae speciem nocere. Verba igitur ἐὰν μὴ καὶ δοκῶ (i. e. nisi etiam iustus videar) cum vero pugnant; cf. ex. gr. (343 C)

Thrasymachi dictum ἡ μὲν δικαιοσύνη ἀλλότριον ἀγαθόν, οἰκεία
δὲ βλάβη, ἡ δὲ ἀδικία τοὐναντίον. — Vam L παρασκευασαμένῳ
probarunt Schneid. Hermann. Stallb. (1858) Bait. Campbell;
ego propter praegressum (361 A) παρεσκευακέναι perfectum prae-
C feram. || Mox lege πρόθυρα μὲν [καὶ σχῆμα] κύκλῳ κτλ. Vox
σχῆμα interpretamentum est verbi πρόθυρα (et Phileb. 64 C
obvii). Versus Archilochi sunt hice: τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλέη
συνήντετο | πυκνὸν ἔχουσα νόον (Bergk. Anthol. Lyr. fr. 88 a).
Pro φησὶ Ven. Π φήσει praebet, quod recte Bkk. Ast receperunt;
D cf. in responso φήσομεν et 366 A φήσει. || Cum paucis codd.
legere malo ἐπὶ γὰρ τῷ (pro τὸ) λανθάνειν, cf. Phaedr. 245 B
ἐπ' ὠφελείᾳ ... ἐπιπέμπεται et ἐπ' εὐτυχίᾳ .... δίδοται. Mox opti-
morum codd. lect. μέλει, καὶ ἡμῖν μελητέον recepit Herm. (Schmelz.)
mutato οὐκοῦν in οὔκουν, prave, cum ex adversarii verbis ἀλλὰ
δὴ θεοὺς κτλ nulla conclusio duci possit neque οὔκουν (partic.
negativa) demonstrationi aptum sit. Bekker et Campbell Vam
L οὐδ' [καὶ] ἡμῖν μελητέον probarunt. Cum vero οὐδ' non facile
in καὶ abire potuerit, maxime probanda est tertia lectio,
quam Steph. Ast. Schneider susceperunt, nempe καὶ ἡμῖν <οὐ>
μελητέον. Baiteri cam (quam Madvigius probavit) καὶ ἡμῖν ἀμελη-
τέον recte refutavit Campb. dicens „the meaning is not: We
ought not to attend to concealment, but we *need* not attend
to concealment." Stallbaumii lectio correctoribus debetur, qui
E οὐ omisso ruenti sententiae τί inserendo subsidio venerunt. ||
Malo cum paucis codd. ἴσμεν καὶ (pro ἢ) ἀκηκόαμεν legere. Pro
λόγων (i. e. fando audire) vir doctus Montijn (vid. ad 327 A)
requirebat μυθολόγων, quod non probandum, quia λόγοι sunt
μῦθοι. De λόγοις multus est Plato in IIIº Civitatis libro. —
Mox corrige sis καὶ ἐκ (i. e. κἀκ) τῶν γενεαλογησάντων κτλ. Licet
dicere ἐκ τῶν λόγων καὶ τῶν γ. π. sive ἐκ τῶν τε λόγων καὶ κτλ,
non vero ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν. — Vam L ἀγαναῖσι recte
Stallb. (1858) probavit. Cum enim modo Adimantus Homeri
versus citans εὐχωλαῖς ἀγαναῖσιν dixerit (Homeri codd. εὐχωλῇς
ἀγανῇσιν exhib.) eademque verba nunc iteret, verisimile est
ἀγαναῖσι (Ionica forma igitur hic offendi nos non oportet, vid.
ad 345 E) a Platone scriptum esse, sed superscripto ἀγανῇσι
e textu pulsum esse, sicut in 364 D super λιστοὶ altera lectio

στρεπτοὶ superscripta fuerat. — Lege παράγεσθαι [ἀναπειθόμενοι].
Suspicor aliquem interpretem ἀναπείθεσθαι in mg. adscripsisse,
quod deinde in textum devenit et ad orationem accommo-
datum est.
366 A Pro μόνον (quod Par. A om.) Muretus (probantibus Cobeto
Mn. 1862 et Campb.) ci. μέν, optime. Mox Richards (Class.
Rev. 1893) transposuit κερδανοῦμέν τε ὑπερβαίνοντες καὶ ἁμαρ.
καὶ λισσόμενοι πείθοντες κτλ. Mihi locus interpolatus esse videtur
et delenda censeo verba (e 364 E repetita) λισσόμενοι ....
ἁμαρτάνοντες, quod ipsa τῶν ἀδίκων natura fert ut peccent. Certe
verba ὑπερβ. καὶ ἁμαρτάνοντες spuria sunt. Paulo post verba
φήσει λογιζόμενος transponenda sunt post ἀλλὰ γάρ. Ubi nunc
leguntur, ferri nequeunt, quod Herm. sentiens coniecerat ἀλλ'
ὠφελήσουσιν ἁγνιζομένους · αἵ τελεταὶ κτλ (omissis cum Par. A
verbis αὖ μέγα δύνανται), quod solus Schmelz. probavit. Paulum
aliter M. Vermehren (Plat. Stud. 1870) ci. ἀλλ' ὠφελήσουσιν αἵ
νομιζόμεναι τελεταὶ κτλ. Mea transpositione omnes difficultates
evanescunt, quarum maxima haec est ut iniustitiae defensionem
Adimantus alii tradat. Verba αὖ μέγα δύνανται in Par. A casu
excidisse etiam Madvigio visa sunt. — Paulo ante Baiter dub.
ci. ἢ αὐτοὶ <ἢ παῖδες> ἢ παῖδες παίδων, male, nam verbis παῖδες
παίδων „posteri" (i. e. liberi, nepotes, etc) indicantur; cum Nabero
B (Mn. 1873) autem scribatur καὶ αὐτοὶ καὶ παῖδες π. κτλ. || Madvig
(probante Bait.) delevit post γενόμενοι pronomen οἵ, optime;
emendationem perficies si mecum induxeris verba τῶν θεῶν
γενόμενοι, quod tam ποιηταὶ quam προφῆται deorum filii sunt.
Postquam illa tria verba in textum irrepserant, postrema par-
ticipii syllaba geminata est. — Post pauca corrigendum censeo
<τῆς> μεγίστης. Mox malim ὡς ὁ <ὑπὸ> τῶν πολλῶν κτλ.;
quodsi praepositio omittitur ad λεγόμενος parum venuste ὑπ'
C ἐμοῦ supplendum erit. || Astii[1]) cam εἴ τις <καὶ> ἔχει (post
τIC facillime vocis καὶ compendium in scriptura unciali excidere
potuit) probandam censeo, quod εἴ τις ἔχει parum differt a
D „quicunque." Sic verto „Ita ut, licet aliquis etc." || Parum
recte Stallb. et Bait. imprimendum curarunt ὅτι Ὦ θαυμάσιε

[1]) Coniecit praeterea καἴ τις ἔχει κτλ.

pro ὅτι ὦ θαυμάσιε. Ad ὥρμησε ... εἰπεῖν Campb. apposite con-
tulit Herod. 6. 81 τοῦ δὲ ἕνεκα ὁ λόγος ὅδε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὡρμήθη
E λέγεσθαι ἐς ὑμέας, εἰρήσεται. || Post λελειμμένοι Stallb. prave
comma omisit. Malo c. Richardsio (Class. Rev. 1893) ante δόξας
praep. διὰ inserere quam ad δόξας mente supplere ἐπαινῶν et
ψέγων. In 367 D quoque (ὡς ἐγὼ τῶν μὲν ἄλλων κτλ) post οὕτως
participia (ἐγκωμιαζόντων καὶ λοιδορούντων) non desunt, quam-
quam οὕτως ἐπαινούντων iam significat δόξας τε καὶ μισθοὺς
περὶ αὐτῶν ἐπαινούντων. Pro ἀπ᾿ αὐτῶν malim ἀπ᾿ αὐτοῖν. Invi-
diam verborum καὶ λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους jure Adi-
mantus infra minuit dicendo ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ θεούς
τε καὶ ἀνθρώπους.
367 A Veneti Π lectionem ἕκαστος <ἄριστος> recte Bekk. et Ast
receperunt. In Par. A propter homoeoteleuton ἄριστος excidisse
videtur. Mox recte Campb. et Baiter ὥς γ᾿ ἐμοὶ δοκεῖ servarunt,
B vid. ad 352 D. || Corrige οὐ τὸ δοκεῖν <εἶναι> φήσομεν κτλ,
quod ad sequens δοκεῖν verbum εἶναι suppleri nequibit, nisi
praecesserit, quam omissionem iam Stallb. (1829) aegre tule-
C rat. || Vam L τὸ δὲ ἄδικον αὐτῷ (pro αὑτῷ) recte Schn. Herm.
Heller (Cur. Crit. p. 22) Bait. Campb. probarunt. Illud δὴ post
ὑγιαίνειν non male Schanz. (Nov. Comm. Platon. 1871) per
D „denique" vertit conferens Menon. p. 87 E. || Verba καὶ ἀδικία
βλάπτει delenda sunt, quia ex ἐπαίνεσον nullo modo per zeugma,
ut grammatici dicunt, ψέγε (s. ψέξον) extrahi potest. Scioli est
annotatio. E nonnullis codd. Stephanus edidit (probante Astio)
καὶ ἀδικίαν ὅ βλάπτει, quod saltem καὶ ἀδικίας ὅ βλάπτει esse
debuerat, ad quae, etiamsi genuina essent, ne εἰπὲ quidem ex
ἐπαίνεσον petere liceret, quod statim diserte οἱ ἐπαινοῦντες
τοῖς ψέγουσιν opponuntur. Praeterea verba πάρες ἐπαινεῖν
documento sunt post ὀνίνησι nihil addidisse auctorem de
iniustitia. — Legitur in Veneto t ἀποσχοίμην (sicut in Par. A);
να
in mg. ἀποσχοίμην (litterae να manu recentissima superscriptae
sunt). In Veneto Π ἀποδεχοίμην legitur. Scholiastes et Venetus
Ξ ἀνασχοίμην exhibent. Verisimile est in Par° A antiquioribus
ἀποδεχοίμην
codd. sic scriptum fuisse ἀνασχοίμην, unde novam lectionem
ἀποσχοίμην ortam esse. — Mox lege περὶ αὐτοῖν (pro αὐτῶν).

Sec. Campb. Par. A praebet κελεύοις (ι in erasure; it *never*
was κελεύεις). Aliquot codd. κελεύεις exh. probantibus Astio („signi-
ficantior est indicativus") et Baitero. Ipse Campb. in notis recte
E optativum cum Bekkero probavit. || In Veneto Π legitur ἀλλὰ
<καί> τι, quod probandum est, quia Adimantus ea, quae in
§ B dixerat, non ad verbum (μόνον sedem mutavit et ἐάν τε
λανθάνῃ κτλ addita sunt) iterat.
368 A Stallbaumium verba ἐκείνου τἀνδρὸς ad illum fictum (358 C—
367 A) iniustitiae laudatorem ac defensorem referentem op-
timo iure refutarunt Schmelzer et Campbellius. Mox Herwerd.
(Mn. 1883) bene emendavit θεῖόν <τι> πεπόνθατε, vid. ad
D 331 C. || Galenus δοκῶ μοι pro δοκεῖ μοι exhibet, quod pro-
bandum, modo corrigatur ποιήσεσθαι pro ποιήσασθαι. Statim
post legendum puto <τὴν> ζήτησιν. Ad ἕρμαιον in cod. Veneto
t idem scholion adscriptum, quod ad Sympos. 217 A (τὸ ἀπροσ-
E δόκητον usque ad κατεσθίουσιν), Gorg. 486 C, Phaedon. 107 C. ||
Galeno ἂν εἴη pro ἐνείη praebenti fortasse obtemperandum,
quia εἶναι ἔν τινι aeque bene, si non melius, dicitur atque
ἐνεῖναι ἔν τινι. Mox corrigendum censeo πρῶτον <μὲν> ἐν κτλ.
369 A Optimorum codd. (et Galeni) lectionem ζητήσωμεν et ἐπισκεψώ-
μεθα omnes editt. (Stephano et Bekkero exceptis) recte secuti
B sunt. In 372 E quoque coniunctivus (θεωρήσωμεν) obvius est. ||
Magnus Porsonus (vide eius animadversiones ad Euripidis Hecu-
bam 782) probante Nabero (Comm. Platon. II 1864) recte emen-
davit ἡμῶν <ὢν> ἕκαστος; vid. ad 333 E. Apud tragicos et comicos
(cf. Arist. Eccl. 1141) nonnunquam τυγχάνειν sine participio
occurrit. Possis etiam πολλῶν <ὤν> emendare. Ubicunque per
homoeoteleuton ap. Platonem participium excidere potuisse
C videtur, inculcari oportet. || Cum paucis codd. Herwerd.
(Mn. 1883) verba τὸν δ᾿ ἐπ᾿ ἄλλου delenda esse optime censuit;
D cf. 370 B ἄλλος ἐπ᾿ ἄλλου ἔργου πρᾶξιν. || Monuit Richards
(Class. Rev. 1894) ne quis pro αὐτόσε corrigeret αὐτοῖς confe-
rens Demosth. Ol. 2. 14. — Pro θεραπευτὴν aliquot codd.
θεραπευτῶν praebent; utrumque rectum esse docent hi loci
(497 B) ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν αὐτῇ τίνα τῶν νῦν λέγεις πολι-
τειῶν et μηδεμίαν ἀξίαν εἶναι τῶν νῦν κατάστασιν πόλεως
φιλοσόφου φύσεως. Mox corrigendum censeo εἴη δ᾿ <ἄρ᾿> ἂν

E κτλ. || V^{am} L ἑαυτῷ μόνον (pro μόνῳ) recte (cf. ex. gr. 371 A)
Schneid., Hermann, Stallb. (1858), Baiter, etc. susceperunt.
Paulo ante corrige καὶ <τοῖς> ἄλλοις, item 370 A, cf. ex.
gr. 375 B.

370 A Cum modo ἐπὶ σίτου praecesserit, recte mihi Herm. Bait. Campb.
Par^{i} A lectionem σίτου (pro σιτίου) recepisse videntur; cf. 372 A.
Praestat fortasse emendare τούτου [τοῦ σίτου]. Mox Dobraeus
(Advers. crit.) annotat „respondisse videtur ἐκείνως ῥᾷον ἢ οὕτως
vel certe hoc sensu;" Campb. (Vol. II p. 192) autem: „οὕτω
and 'κείνως refer to the order in which they occur to the
mind or which is more familiar in use and experience." De
'κείνως (pro ἐκείνως) vid. ad 337 A. — Veneti Π lect. μὲν
<ἡμῶν> φύεται susceperunt Bekk. Ast. Stallb. (1858), fortasse
B recte, quia 369 B quoque ἡμῶν ἕκαστος scriptum est. || Recte
Steph. et Astius V^{am} L πράξει receperunt; cum ad ἄλλος mente
supplendum sit πεφυκώς, praepositio ἐπὶ c. dativo (cf. 341 D)
construenda est. Male Stallb. (1858) τί δαί; edidit; vid. dicta
ad 343 A. — Mox lege ὅταν μίαν [εἷς] et ὅταν, ἦ δ' ὅς, [εἷς]
μίαν. Verba εἷς ὢν significant „simplex, ἁπλοῦς ὤν." Subjectum
C verbi διόλλυται est ἔργον τι. || Corrige ὅταν τις ἓν vel dele εἷς;
vid. ad 453 B. Recte Ast. c. aliquot codd. [καὶ] ἐν καιρῷ edidit;
cum vero nonnulli codd. (*non* Ven. Π sec. Campb.) <ἢ> κατὰ
φύσιν praebeant, suspicari licet Platonem scripsisse: καὶ κατὰ
φύσιν καὶ ἐν καιρῷ. Mox legendum censeo αὐτὸς ποιήσεται [ἑαυτῷ]
D aut ἀ. ποιήσει ἑαυτῷ coll. 369 E ult. || Post σκυτοτόμος Ven. Π
ἢ οὒ; addit probantibus Bekk. Astio; mihi illa voc^{a} spuria
videntur. — Optimorum codd. lect. εἴη, εἰ αὐτοῖς κτλ recte
Bekk. Schn. Bait. Schmelz. Camp. probarunt. Interpolatorum
codd. lect. εἰ <μὴ> αὐτοῖς inepte Steph. et Ast. receperunt.
Hermanni c^{a} <οὐδ'> εἰ plane inutilis viris dd. visa est, etsi
valde elegans vocari potest (cf. v. c. 376 D οὐκ ἄρα ἀφετέον,
E οὐδ' εἰ κτλ). || Stallb. (1858) (probante Herwerd. Mn. 1883) ci.
γε αὖ[τὴν] τὴν πόλιν, quod iure Heller (Cur. Crit. p. 26) improbavit.
Hic αὖ ferri nequit. Ipse Heller ci. γε ταύτην τὴν
πόλιν. Mihi verba τὴν πόλιν spuria videntur. Non sententia,
sed sola palaeographia Stallb^{i} c^{a} commendatur: sic in 373 B
pro αὖ τὴν aliquot codd. αὐτὴν vel τὴν αὐτὴν exhibent. —

V^{am} L κομιοῦσιν (cf. 372 C ult. σποδιοῦσι) recte probarunt Bkk.
Ast Cobet (nota ms.) Stallbaum 1858. Ad κενὸς Campb. annotat
„ε in space of four letters in Par^{o} A." Pro ἴῃ optimi
codd. pessime εἴη. De permutationibus verborum εἶναι ἰέναι
ἱέναι in Politia cf. Helleri Cur. Crit. p. 6.

371 A De verbo ᾖ post χρεία omisso vide Schanzium in Nov. Comm.
Plat. (1871); cf. ad 416 D. — Dubitanter Astius (coll. 443 D)
ci. τὰ οἰκεῖα pro τὰ οἴκοι. Illud ὧν (post ἐκείνοις) masc. gen.
est. Plato fortasse scripsit ἀλλὰ καὶ οἷα καὶ ὅσα ἐκείνοις <παρ'
ὧν ἂν κομίζωνται> ὧν ἂν δέωνται. Postquam per homoeot. verba
ὧν ἂν κομίζωνται exciderant, vox παρ' punctis notata evanuit.
B Mox corrige καὶ <τῶν> ἐξαξόντων c. compluribus codd. || Hermann
et Schmelz. (c. Astio) prave sic interpunxerunt Τί δὲ
δὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει; Mox c. paucis codd. corrige πωλοῦντές τε
καὶ ὠνούμενοι coll. § D ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν. — Parum recte
Campb. verba νόμισμα [1]) ξύμβολον κτλ vertit „and a money-token
for purposes of exchange." Melius vertit Gallicus interpres
Grou „et une monnaie, signe de la valeur des objets
échangés." Cum ἐκ τούτου significet τοῦ ἀλλήλοις πωλοῦντες καὶ
ὠνούμενοι μεταδιδόναι ἕνεκα i. e. τοῦ ἀλλάττεσθαι ἕνεκα, verba
τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα prorsus abundant, quocirca vocabulum ἕνεκα
(in Vindob. Φ post γενήσεται collocatum) delendum censeo, ut
verba νόμισμα ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς significent nummum pretium
mercium commutandarum indicantem. Saepe enim ξύμβολον
significat „indicium", cf. Soph. Phil. 403 ἔχοντες ....
C σύμβολον σαφὲς λύπης. || In § ult. dele verba περὶ τὴν ἀγορὰν,
quae post αὐτοῦ (i. e. ἐν ἀγορᾷ) plane frigent. Praeterea non
„circum forum" caupones versari solent, sed „in foro", ut in
D § D diserte legimus (ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ). || Par^{i} A lect. πλάνητας
iure probarunt Schneid. (Additam. in Civit. libros), Cobetus
(Mn. 1875 p. 342 „πλανήτης est poetarum"), Bait. Campb. —
Paulo ante Herwerd. (Mn. 1891) requirebat διαλλάξαι pro διαλλάττειν,
non opus, quia saepe praesens c. aoristo copulatur,
vid. ad 364 C. Traiectionis voculae αὖ multa exempla apposuit
Camp. (393 D, 424 A, 499 D, 577 B, alia).

---

[1]) De voce νόμισμα cf. Politic. 289 E.

372 A V^{am} L πρῶτον <μὲν> οὖν recte Astius tenuit. Par. A^{I} exhib.
B διαιτήσωνται (pro fut.), sicut Vindob. D. || In cod. Malatest.
hoc scholion legitur

κριθῶν ἄλφιτα — πέψαντες
πυρῶν ἄλευρα — μάξαντες.

Post μάξαντες editt. interrog. signum omittunt, quod probari
potest modo c. Stephano et Astio καὶ ante μάζας inseratur,
quia θρέψονται de victu quotidiano dictum est, at εὐωχήσονται
de diebus festis (ἐστεφανωμένοι καὶ ὑμνοῦντες). Cum illi cives
non cotidie μάζας γενναίας esuri sint, participium παραβαλλόμενοι
cum θρέψονται coniungi nequit, itaque de asyndeto cogitare
non possumus. Malo autem cum Stallbaumio interrog. signum
servare quam καὶ inserere, etsi facillime corrigere possis μά-
ξαντες μάζας <ΤΕ> ΓΕνναίας (cf. Legg. 904 D κάλλιστ' εἶπες
ποιῶμεν τε ὡς λέγεις, Rep. 458 C οἵ τε τούτοις ἐπίκουροι, 365 D
ult., 363 D ult., alia). Mox Naber (Mn. 1877 p. 208) sibi ele-
gantem chiasmum promere visus est emendando <ῥυπαροὺς>
ἄρτους (coll. Polyb. 37. 3. 12), quae c^{a} mihi displicet, quia
adjectiva γενναῖος et ῥυπαρὸς parum recte copulari possunt neque
eiusmodi panes diebus festis apponi solent. Si quid mutandum
sit, malim καὶ <γενναίους> vel καὶ <ἀμύλους> ἄρτ. vel simile
C quid. || Recte Bekk. Ast. Schneid. post ὄψον ἕξουσιν comma
tantum posuerunt, quia ad ἅλας et τυρὸν mente ἕξουσι ad-
dendum est. Porro corrigendum est καὶ λάχανα καὶ οἷα δὴ ἐν
ἀγροῖς ἑψήματα [ἑψήσονται]. Non erat cur Plato forma media
uteretur, sicut statim post σποδιοῦσι, non σποδιοῦνται (in suum
usum torrere) scripsit. Per ἑψήματα οἷα ἐν ἀγροῖς ἐστιν intelli-
genda sunt τὰ ἄγρια ἑψήματα, de quibus vid. Athen. II 57
Διοκλῆς ὁ Καρύστιος κτλ. — Mox emenda τῶν γε (pro τε) σύκων,
post που sexcenties γε inseritur. Par. A σύκων, *non* συκῶν ex-
E hibet. || Cum paucis codd. corrige καὶ <τὴν> ἀδικίαν, cf. 371 E
ἥ τε δικ. καὶ ἡ ἀδικία et dicta ad 334 E. Paulo post (coll. 369 A
εἰ οὖν βούλεσθε,.... ζητήσωμεν) Richards (Class. Rev. 1893) inter-
punxit εἰ δ' αὖ βούλεσθε <,> καὶ φλ. π. θεωρήσωμεν· οὐδὲν
ἀποκωλύει, fortasse recte, quia *in rogando* tantum βούλει s. θέλεις
c. coni. aor. coniungi solet. Par. A^{II} sec. Campb. „point erased
after βούλεσθε and: οὐδὲν ἀποκωλύει: as Glaucon's."

373 A Pro ἑταῖραι, quod J. Vahlen (Index Lection. per sem. hib.
1875—6, Berol.), A. Hug (Hermes X 1876 p. 253), alii tutati
sunt, viri dd. alii alia excogitarunt. Nitzschii c^{am} (Mus. Rhen.
1857) ἀθῆραι (coll. Arist. Plut. 673) recte Stallb. (1858) refu-
tavit coniciens καὶ ἕτερα [καὶ] πέμματα i. e. suffimenta ac praeterea
(ἕτερα) bellaria. Stallb^{i} autem c^{am} improbavit Madvigius emen-
dans ἐσχαρῖται pro ἑταῖραι. J. Richter denique (Fleck. Jbb. 1867,
bd. 95) ci. ἐραῖα coll. scholio ad 455 C (ἕψημα δέ ἐστιν ὃ ἔνιοι
ἐραῖον καλοῦσιν, οἱ δὲ γλυκύ). Praeter Stallbaumium omnes
egregie falsi sunt, quia neque ἀθήρης neque ἐσχαριτῶν multa
genera (παντοδαπὰ) sunt. Non vero est cur vulgatam ἑταῖραι
abiciamus, si consimilem locum in 404 C D nobis in memoriam
revocamus, ubi omnia quae hic enumerentur, sanitati et vale-
tudini nocere demonstrat Socrates. Inter Συρακοσίαν τράπεζαν
et Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψου et τὰς τῶν Ἀττικῶν πεμμάτων εὐπα-
θείας apparet Κορινθία κόρη i. e. ἑταίρα ut J. Vahlen (l. l.) et
alii recte arbitrati sunt. Reperti vero sunt nonnulli viri dd.,
qui ne mentionem quidem eiusmodi puellarum apud Platonem
ferri posse putarent, quam ob rem R. Ausfeld (Genethliacon
Gottingense XXIV 1888 p. 65 sq) verba (404 D) ψέγεις ἄρα
καὶ Κορινθίαν κόρην .... παντάπασι μὲν οὖν e textu eiecit. Mihi
et illa verba sanissima videntur et nostro loco vocabulum
ἑταῖραι. Minime igitur assentior Ausfeldo eiusmodi „verba ne
per se quidem digna quae Platoni tribuantur" putanti; cf.
enim 420 A οὐδ' ἑταίραις διδόναι, Theaet. 173 D καὶ δεῖπνα καὶ
σὺν α ὐ λ η τ ρ ί σ ι κῶμοι οὐδ' ὄναρ παρίστανται (sic Cobet correxit)
αὐτοῖς. Iure Campb. vulgatam defendens addidit „a link of
association is supplied by the mention of the rich perfumes and
other sensual delights." Qui iocos ac facetias a Platone abiudicant,
eius scriptorum intimam cognitionem non habent. Rectissime
A. Hug ex Aristophan. Acharnensibus hosce versus contulit:

τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἐστὶν παρεσκευασμένα
κλῖναι, τράπεζαι, προσκεφάλαια, στρώματα
στέφανοι, μύρον, τραγήμαθ', αἱ πόρναι πάρα,
ἄμυλοι, πλακοῦντες κτλ.

Paene παρὰ προσδοκίαν illarum puellarum mentio fit, sicut
alibi ap. Aristophanem:

σκορόδων, ἐλαῶν, κρομμύων ἐν δικτύοις
στεφάνων, τριχιδίων, αὐλητρίδων, ὑπωπίων κτλ.

Stallbaumii emendatio *καὶ ἕτερα πέμματα* admodum friget.
Non male Ast. et Bkk. Veneti *Π* lectionem <*καὶ*> *ἕκαστα*
receperunt („Et quidem singula istorum varii generis"). —
Verba *καὶ τὴν ποικιλίαν*, quae Par. A om., eiecerunt Herm.
Bait. Schmelzer. At recte Schneider et Campb. verba servarunt
memores crebrarum Parisini A codicis omissionum. *Ποικιλία*
praesertim de arte acu pingendi intelligenda est, cf. ex. gr.
B Euthyp. 6 B C, Rep. 401 A. || J. Richter (Fleck. Jbb. 1867)
ci. *μείζονα τοιαύτην* (s. *ταύτην*) *τὴν πόλιν*, Heller (Cur. Crit. p. 33)
autem requirebat *μείζονά τε αὐτὴν τὴν πόλιν κτλ*, uterque graviter
lapsus. *Αὖ* necessarium est ut Socrates declaret nova accretione
opus esse, verbis autem *τὴν πόλιν* vera et sana civitas, quam
modo condiderant (cf. C *ἐν τῇ προτέρᾳ πόλει*), indicatur. Obiter
corrige *μείζω* pro *μείζονα*. — De illis *θηρευταῖς* G. Benseler
(Fleck. Jbb. 1881 bd. 123) perdocte disputavit vocabulum illud
proprio sensu accipiendum esse monens. Astius enim per *πάντας*
metaphorice etiam sophistas designari putabat, qui ap. Platonem (Soph. 231 D) *νέων καὶ πλουσίων ἔμμισθοι θηρευταὶ* audiunt.
Recte Stallb. venatores cuius libet generis intelligit, non multitudinis gratiam ac dominatum, sed bestias venantes. Nonnulla venatorum genera in Legibus (823 D 824 B) enumerantur.
Campbellius quoque metaphoram huc non admittit. — Per *μιμητὰς περὶ τὰ σχήματά τε καὶ χρώματα* Campb. recte intelligit tam
sculptores (statuarios) quam pictores; Benseler (l. l.) pictores
tantum intelligi vult propter 601 A *ὁ ζωγράφος σκυτοτόμον
ποιήσει .... τοῖς μὴ ἐπαΐουσιν* (sc. *περὶ σκυτοτομίας*), *ἐκ τῶν χρωμάτων
δὲ καὶ σχημάτων θεωροῦσιν*, „farben und umrisse." Ego *omne
genus* sculptorum et pictorum (cf. 420 C) intelligo. In cod.
D Ven. t ad *ῥαψῳδοί* idem scholion legitur, quod ad Ion. 530 A. ||
Recte Cobetus (nonnulli codd. *χρεία* exhibent) correxit *χρείᾳ*
pro *χρείαις* coll. 410 A, 567 A. Campbell *χρείαις* defendit voce
εὐπετείας in 364 C (legit enim *πέρι*, non *περί*). Littera *σ* ex
dittographia nata est (*ΧΡΕΙΑΙΕϹΟΜΕΘΑ*). — Par[i] A[I] lectionem *ἢ πῶς λέγωμεν* receperunt soli Bait. et Campb. cum Bekkero. Indicativus est interrogantis, coniunctivus deliberantis.

Mihi Socrates Glauconem interrogare videtur, sicut mox (§ E)
iterum rogat *ἢ πῶς ἔσται*. — Par. A[I] exhib. *ἐκείνης αὖ* pro
E *ἐκείνοις αὖ*. || Optimo iure Herwerd. (Mn. 1883) verba *ἐξ ὧν
μάλιστα .... γίγνηται* ad marginem relegavit, utpote cum
praegressis *μηδέν γέ πω λέγωμεν μήτ' εἴ τι κακὸν κτλ* plane pugnantia. Mox idem (l. l.) pro *ἀλλ' ὅλῳ* requirit *ἀλλὰ μεγάλῳ*,
quam c[am] probare non possum, quia *ὅλος* hic significat „iustus",
„perfectus", „omnibus numeris expletus."

374 A Lege *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι*. — Fere omnes editt. *τί δέ* pro *τί δαί*
ediderunt, quod improbandum censeo, vide dicta ad 343 A.
Fortasse *τί δή* a Platone scriptum fuit. Ut *τί δαί, πῶς δαί,*
B sic et *τί δή, πῶς δή* admirantis est. || Pro *πεφύκει* c. paucis
codd. *ἐπεφύκει* legendum est. Etiamsi augmenti aphaeresis a
Platonica oratione non aliena esset, tamen hic, quoniam nulla
longa syllaba praecedit, admitti nequiret. Quam facile in scriptura
unciali *Ε* post *Ο* excidere potuerit (*πρΟϹΟΕπεφύκει*) neminem
C fugiet. || Venetum *Π ἀπεργάσεσθαι* praebentem secuti sunt
Bkk. et Astius; cum vero hac in parte codex interpolatus
D sit, non temere eius lectiones recipiendae sunt. || Herwerd.
(Mn. 1883) ci *ὅπλων* [*τε καὶ ὀργάνων*], quod probandum esse duco,
quia sexcenties *ὅπλον* nihil aliud quam „instrumentum" significat, non solum ap. Homerum, sed etiam apud alios scriptores.
Non modo rudentes, vela, *τὰ ναυτικὰ ὄργανα* vox *ὅπλον* indicat,
sed etiam cuiuslibet fabri et artificis instrumenta (cf. Hom.
Il. 18, 409, Odyss. 3, 433 *ὅπλα χαλκήϊα*). Si usitato sensu
vocabulum *ὅπλα* hic adhibitum esset, illud *πολεμικὰ* plane frigeret.
Nolo autem *ὅπλων τε καὶ* delere, quia *ὁπλιτικῆς* sequitur. Mox
idem (l. l.) dubitanter malit *ἦ δ' ὅς,* [*τὰ ὄργανα*] *ἦν ἄξια*, optime.
Fortasse ne opus quidem ut vox mente suppleatur, ita ut verba
significent „si res ita comparata esset, tum sane beati essemus."
Saepius pluralis adjectivorum et gerundivorum pro singulari
E adhibetur. || Heller (Cur. Crit. p. 26) ci. *εἰς τοῦτο τὸ ἕ* pro
εἰς αὐτὸ τὸ ἕ. Praestat vero corrigere *εἰς αὐτὸ* <*τοῦτο*> *τὸ ἕ*.
Herwerdeno voc. *δύναμις* delenti assentior coll. Symp. 187 E
καθ' ὅσον παρείκει, φυλακτέον, etsi non semper *παρείκειν* impersonaliter adhibetur, cf. Theaet. 150 D, Legg. 934 C.

375 A Secundum nonnullos in verbis *σκύλακος εἰς φυλακὴν* parono-

masia inest, quod iniuria ni fallor Montijn (Quaest. et Explic.
Plat. 1864) negavit arbitratus hanc figuram tantum sophistarum
ridendorum causa a Platone adhibitam. De lusu verborum vid.
ad 363 D. — Sec. Cobetum Par. A^{I} (fol. 21) praebet *διωκαθεῖν*,
quod Herwerd. quoque recte requirit. Mox recte Baiter *ζῷον*
pro *ζῶον* edidit, sicut ipse Par. A hic illic (p. 401 B *ζώιων*)
exhibet. Vid. Etym. Mag. 413. 17, Simonidis fragm. *οἶον τόδ' ἡμῖν ἕρπετον παρέπτατο | ζώιον κάκιστον*. Clar. J. La Roche
(Zeits. f. österr. Gymn. 1865 p. 89 sq.) nonnulla iucunde de
Iota subscripto disputans contulit Theognostum Can. 130. 15,
Etym. M. 413. 14, Aratum 544 *ζωΐδιον δέ ἑ κύκλον κτλ*, denique
inscriptiones, ubi illud iota (*ZOIA. ZΩIA*) adest. Multi etiam
ζῳγράφος scribunt Etym^{i}. M^{i}. (413, 2 *τὸ ζωογράφος πρῶτον ἀποβάλλει τὸ ῑ, καὶ οὕτω ποιεῖ τὴν κρᾶσιν τοῦ ω καὶ ō εἰς ω χωρὶς τοῦ ι*) verba non nauci facientes. Scribendum est *ζωγράφος*,
nam ex *ζῳο* fit *ζω*, sicut *τῷ ἐμῷ* fit *τὠμῷ*, *καὶ ἐγὼ κἀγώ*, *οἱ ἄλλοι ὧλλοι*, etc. In voll. Herculan. *ζωων* sine *ι* reperitur. Ego probo
B has scripturas ap. Platonem: *ζῷον, ζῴδιον, ζωγράφος*. || Ven. *Π*
exhibet *ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος* omisso *ἐστι* (probantibus Bekk.
et Astio). Mox recte aliquot codd. c. Stobaeo *ἀλλήλοις* <*τ'*>
C *ἔσονται* exhibent. || Cum paucis codd. lege *ἅμα πρᾶόν τε καὶ*
et mox argumentationis corroborandae causa probandam censeo
(c. Astio) Stobaei lectionem *ἀλλὰ μέντοι τούτων* <*γ'*> *ὁποτέρου*.
Pro *ταῦτα δὲ ἀδυνάτοις ἔοικε* Heusdius (Ini. Phil.) requirebat *ταῦτα δὲ* <*ἀμφότερα ἔχειν*> *ἀ. ἐ.*, quo non opus est, quia *ταῦτα* idem
est ac *τοῦτο* (i. e. *αὕτη ἡ σύμμιξις*) ut sexcenties; cf. 380 B
D ult. || Lege *μεντἄν* pro *μέντ' ἂν* et sic ubique, quia hic crasis,
non elisio adhibetur. Paulo ante Bkk. Ast. Campb. c. paucis
deterr. codd. et Stobaeo *ἐνενοήσαμεν* ediderunt. Vulgatum autem
ἐνοήσαμεν recte defendit Schneider („nobiscum non perpendimus");
E *νοεῖν* et 440 D ult. occurrit. || Stephanus maluit *ἔτι πρὸς γενέσθαι φιλόσοφος τὴν φύσιν*, quod sine dubio ineptum est. Herwerd.
(Mn. 1883) requirebat *ἔτι* [*προσ*]*γενέσθαι*. Si quid mutandum
sit, potius *ἔτι* deleverim, quam voculam aut super *προσ*-
explicandi gratia superscriptam fuisse suspicor aut dittographia
natam esse (*θυμοειδΕΙΠροσγεν.*).
376 A Ven^{i} *Π* lectionem <*ὅτι*> *ὃν μὲν ἂν* (sic Stobaeus) probarunt

Bkk., Ast., Schneider; recte ni fallor (sic paulo post B in.
Πῇ δή; Ἧι, ἦν δ' ἐγώ κτλ), nam *τὸ ποῖον* referendum est ad *ὃ ἄξιον θαυμάσαι* (*non* ad *τοῦτο*) idemque valet ac si *Διὰ τί τὸ θηρίον ἄξιον θαυμάζεσθαι* dixisset; respondet *ὅτι ὃν μὲν κτλ*. —
Optimi codd. *οὐδὲν δὲ* exhibent, sic Herm. Fere omnes editt.
οὐδὲν δὴ e deterr. codd. susceperunt. Stobaei lect. *οὐδὲν κακὸν*
probarunt Cobet (Var. Lect^{II}. *οὐδὲ ἓν* emendans *ἀττικιστί*) et
Baiter, optime. — Par. A exhibet *προ ÷ πεπονθώς*. Illo signo
(÷) librarius Parisini A ad rasuras explendas (ex. gr. p. 150^{7}
ed. Bait. VII pro *τῶν* quinquies deinceps ÷ scriptum est)
utebatur, quo modo iam librarius exemplaris, unde Par. A
fluxit, lacunas et rasuras implere solebat, quum in Par. A
nonnunquam nulla rasura conspicua illud signum adhibitum
sit. Vid. Schanzium in Mus. Rhen. 1878 et Schneid. in „Additam. ad X libr. Civit." Quum Par. A^{I} *μηδὲ* pro *μηδὲν* ex-
B hibeat, suspicor Platonem scripsisse *μηδὲ ἕν*. || V^{am} L *φίλην τε καὶ ἐχθρὰν* probandam censeo propter sequentia *συνέσει τε*
D *καὶ ἀγνοίᾳ*. || W. Teuffel (Mus. Rhen. N. F. VII p. 469) e
variis lectt. conflavit *ἵνα ἢ ἐῶμεν συχνὸν λόγον ἢ ἱκανὸν διεξίωμεν*.
Herwerd. (Mn. 1883) ci. *ἵνα μὴ* <*ἢ*> *ἐῶμεν ἱκανὸν λόγον ἢ οὐχ ἱκανὸν διεξίωμεν* (*ΟΥΧΙΚΑΝΟΝ* factum esse *CΥΧΝΟΝ*). Recte
autem Campbellius vulgatam defendit dicens nonnunquam in
voce *συχνὸς* taedii notionem inesse; cf. ex. gr. Theaet. 185 E
μάλα συχνοῦ λόγου, Soph. 217 D, Phileb. 23 B *βαβαί*.........
συχνοῦ μὲν λόγου τοῦ λοιποῦ, Gorg. 519 E *νῦν γοῦν συχνοὺς ἀποτείνω τῶν λόγων, ἐπειδή μοι οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι*. Teuffelii
transpositio interpolatis codd. nititur, Herwerdeni autem c^{a}
neque elegantia nec palaeographia commendatur. Propter sequentia *οὐδ' εἰ μακροτέρα τυγχάνει οὖσα* (sc. *ἡ σκέψις*) vocabulum
συχνὸν dimitti nequit. Par. A, qui illa verba (*ἵνα μὴ*......
διεξίωμεν) sec. Campb. in mg. habet, primitus *διεξιῶμεν* praebe-
E bat. || Herwerden. (Mn. 1891) recte (cf. 410 C) requirebat
σώματι—ψυχῇ (vel *σώμασι—ψυχαῖς*. „Utrum dederit difficile dictu
est. Pluralis obvius 377 C"). — V^{am} L *εἰπὼν* pro *εἶπον* (sic
Ast Bait.) probarunt Bekker, Schneid. Herm. Campbell. At *εἰπὼν*
(i. e. *οὕτως εἰπών*) insulsissimum est. Ut hic Par. A *εἶπον*
in *εἰπών* corrupit, sic contra supra 366 D ult. m. pr. pro *εἰπεῖν*

exhibet εἶπεν. Muretus (probante J. Richtero, Fleck. Jbb. 1867) coniecerat εἶδος pro εἰπών [1]). De litteris ō et ῶ in Par. A confusis vide dicta ad 399 C ult. — Recte aliquot codd. θάτερον pro ἕτερον exhibent. De Platonica educatione egerunt inter alios: C. C. E. d'Engelbronner De vi gymnastices in republica Platonis. Amstelod. 1839, Ribot L'éducation Platonicienne (Rev. Philosoph. 1880), R. L. Nettleship The theory of education in the republic of Plato (Hellenica 1880), Kanter Plato's Anschauungen über Gymnastik (Graudenz. progr. 1884), L. Packard On Plato's system of education in the republic.

377 A Cum Adimantus non intellexisset quare pueros prius ἐν τοῖς
ψευδέσι λόγοις erudiri oporteret, Socrates ei explicat λόγους
B ψευδεῖς non aliud quid esse quam μύθους. || Non male Richards
(Class. Rev. 1893) ci. ἐνδύεται τύπον (pro τύπος), quia τύπος
non ut ἔρως vel εὔνοια (cf. Legg. 642 B, Theaet. 169 B) res
„agens" est. Si τύπος genuinum, verbum ἐνδύεται potius pas-
sivum quam activum esse ob eandem causam puto. Recte
C aliquot codd. c. Eusebio exhibent πρῶτον <μὲν> δὴ ἡμῖν. || In
§ in. Venetus *Π* post καλὸν addit μῦθον et in § E post κακῶς
voc. οὐσίαν; utrumque additamentum glossam sapit. Ad Pla-
tonis de fabulis sententiam Montijn (Quaest. et Expl. Plat.
1864) omnino conferri iussit Proclum Theol. Platon. I. 4
D p. 10. || De Platonis super poetis iudicio videantur inter alios
Th. Heine „De ratione quae Platoni cum poetis Graecorum
intercedit qui ante eum floruerunt, 1880 Uratisl.", et E. Grün-
wald „Die Dichter, insbesondere Homer im Platonischen Staate,
E Festschrift des Französ. Gymn. 1890." || Lege Attice εἰκότα
pro ἐοικότα. Stephani lectionem λέγωμεν pro λέγομεν Cobetus
Mn. 1874 (p. 382) reprehendit. Optimorum codd. lect. ὁ εἰπὼν
pro ὃ εἰπὼν recte Bkk. Herm. Schneid. et ceteri editt. rece-
perunt, quamquam sic Plato significat se primum huius fabulae
auctorem non Hesiodum habere, quamobrem Hesiodi nomen
a mg. in textum irrepsisse puto. Socratis enim auditoribus
fabulae auctor ignotus esse non poterat neque ut eum nomi-

[1]) Dubit. ipse conicio (pro δ' εἶπον) δέ που s. δήπου. Sic contra 377 D aliquot codd. pro τε εἶπον exhibent τέ που.

naret necesse erat: sic et infra (378 D) nomen auctoris fabulae de Iunone et Vulcano non additum est, sed θεομαχιῶν tantum auctoris; Homerus enim Ἥρας δεσμοὺς ὑπὸ ὑέος non narrat. Si vero Plato hanc de Iunone fabulam memorans nihilominus de Homero cogitavit et memoriae lapsu (vid. similem errorem 405 E, ubi Eurypyli mentio fit) verba ὑπὸ ὑέος scripsit, lectorem benevolum rogo et oro ut ea, quae a me supra post „necesse erat" usque ad „non narrat" scripta sint, non dicta esse putet.

378 A Cur hic <τὰ> πάθη legendum iudicem iam ad 334 E
B dixi. || Inepte J. Richter (Fleck. Jbb. 1867 bd. 95) ci. οὐδὲν
C ἀδικοῦντα pro οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα. || Post ἀπεχθάνεσθαι recte
nonnulli editt. punctum posuerunt. Theodoretum πολλοῦ γε δεῖ praebentem secutus est Ast, quod probandum est, etsi potius πολλοῦ οὖν δεῖ vel πολλοῦ δὴ δεῖ exspectaveram, quia illa verba explicandi causa adiecta sunt. Ad μυθολογητέον mente supple εἶναι, quod verbum nonnunquam omittitur (vid. Schanzii Nov. Comm. Plat. 1871), cf. Euthyd. 288 D φιλοσοφητέον ὡμολογήσαμεν, Rep. 467 B, Gorg. 517 B (δοκοῦσι..... οἷοί τε), alia. Hanc verbi omissionem aegre ferens Herwerd. (Mn. 1883) legendum censuit aut μυθολογητέον <εἶναι> aut πολλοῦ γε δεῖν.... μυθολογητέον (sc. ἐστί). — Mox legendum puto αὑτῶν pro αὐτῶν, sicut Theodoretus praebet. Herwerdeno (Mn. 1891) πολίτης delenti assentior, ut haec in universum dicantur. Suspicor, nisi vox e mg. invecta, ex πώποτε dittographia (πο^{λ} = πολίτης) natum esse πολίτης. — Par. A λεκτέα *om.* probantibus Herm. Madvigio Bait. Schmelzero. Omnes autem reliqui editt. recte vocem servarunt, quia alioquin aut μυθολογητέον e praegressis mente supplendum (quod quomodo fieri liceat non sentio) aut textus mutandus est. Madvigius ergo in μᾶλλον latere suspicatus est φατέον vel ᾀστέον (cf. 390 E οὐδ' ᾀστέον αὐτοῖς κτλ) praeterea καὶ ante τοὺς ποιητὰς delens commate post γιγνομένοις sublato. D. Peipers (Philol. Anzeiger III, 1870) post γιγνομένοις inseri vult λεκτέον. Liebholdus (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) pro μᾶλλον μελητέον excogitavit καὶ cum Madvigio delens. Baiter porro et Campb. post γραυσί, non post γιγνομένοις interpunxerunt (sicut et J. Richter et M. Vermehren, quibus

καὶ valet „etiam"), Herwerdeno (l. l.) autem verba *καὶ πρεσβ. γιγνομένοις* spuria esse visa sunt. Aut vulgata interpunctio servanda est (ita ut ille dativus valeat *πρὸς αὐτὰ πρεσβύτερα γιγ.*, quasi non *πρὸς τὰ παιδία*, sed *τοῖς παιδίοις* dixisset [1])), quod ego propter voc. *εὐθὺς* necessarium duco aut tria illa verba cum Herwerdeno expungenda. Omnis interpunctionis mutatio vituperanda est, quia illi senes et aniculae *λέγουσιν ἃ οἱ ποιηταὶ λογοποιοῦσιν*. Optime Stallb. (1829) ci. *ἐγγύς <τι> τούτων*
D *κτλ.* || De verbis *δεσμοὺς ὑπὸ ὑέος* vid. dicta ad 377 E. Pauci codd. *Διὸς* pro *ὑέος* exhibent, quae V. L. iam antiquitus pervulgata erat. Campb. vulgatam (*ὑέος*) cum Astio defendit. De illa fabula audi Clementem ap. Suidam in voce *Ἥρα* (*παρὰ Πινδάρῳ γὰρ* — sc. *Ἥρα* — *ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμεύεται ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντι θρόνῳ. Ἡ ἱστορία καὶ παρὰ Ἐπιχάρμῳ ἐν Κωμασταῖς ἢ Ἡφαίστῳ*), Photium et Pausaniam I 20 (*λέγεται δὲ καὶ τάδε κτλ.*). Vam L *ἀμυνεῖν* Bekker recepit, sicut 374 C *ἀπεργάσεσθαι* patrocinatus erat. Post *μέλλειν* (si „velle" valet) praesens et futurum promiscue usurpantur. Eusebius *ὅ τι μὴ* pro
E *ὅ μὴ* praebet. || Venetum *Π αὐτὰ ἅττα* (pro *ταῦτα ἅττα*) exhibentem secuti sunt Bekk. et Astius, quod recte reliqui editt. improbarunt.

379 A Verba *ἐάν τε ἐν μέλεσιν* cum Par.º A omiserunt Herm. Bait. Schmelzer. Videtur autem librarius Parisini cod. negligentia ea verba omisisse, sicut paulo post (B) A[1] omisit *μ ὴ βλάπτει, κακόν τι ποιεῖ; Οὐδὲ τοῦτο. Ὃ δέ γε (μ η δὲν κακὸν κτλ).* Exempla ex Homero petita (*ἔπη*) statim quidem excipit exemplum ex Aeschylo (*τραγῳδία*), sed in 381 D praeter Homerum (Odyss. 17. 485) et tragicos etiam alii poetae memorantur: *μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν*. Campbellius igitur recte ea verba (quae et Eusebius habet) servat arbitratus iam hic tria poesis genera, de quibus in IIIº libro (p. 392—4) fusius agitur, respici.
B Paulo ante corrige *περὶ θεολογίαν* coll. 380 C. || In mg. cod. Malatestiani hoc scholion legitur: *πρῶτος τύπος θεολογίας, ὅτι*

[1]) Similis constructionum mixtura occurrit Sophist. 248 A *σώματι μὲν ἡμᾶς γενέσει, δι' αἰσθήσεως κοινωνεῖν, διὰ λογισμοῦ δὲ ψυχῇ πρὸς τὴν ὄντως οὐσίαν*, et Symp. 203 A *διὰ τούτου πᾶσα κτλ.*

οὐκ αἴτιος τῶν κακῶν ὁ θεός. Ad 380 D: *δεύτερος τύπος θεολογίας ὅτι ὁ θεὸς ἀμετάβλητος.* Ad 382 A: *τρίτος τύπος θεολογίας ὅτι*
D *ἀληθὴς ὁ θεός.* || Lege [*καὶ*] *λέγοντος.* Paulo post lege *θάτερα* pro *τὰ ἕτερα*, quia fere semper cum crasi *τὰ ἕτερα* pronuntiatur cum in malam partem adhibetur. Bekk. et Herm. non male *τὸν δὲ* sequenti versui adjunxerunt, quamquam Homeri codd. omnes praebent *καί ἑ κακὴ βούβρωστις κτλ.* Baiter et Campbell *τὸν δὲ* a versu secernunt, at saepe Plato poetarum versus mutat
E accommodationis gratia, vid. dicta ad 363 B. || Mox autem Ast et Herm. (non reliqui editt.) verba *ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται*, quae in Homero non reperiuntur, ab orationis continuata serie non separarunt. Mihi videtur Plato, qui in § C *τοὺς πολλοὺς* vituperabat quod deum *πάντων αἴτιον* esse putarent, minus [1]) mentem noti versiculi *Ζεὺς ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται* cum praegressis congruentem interpretari voluisse (quo factum est ut poetice locutus sit) quam — quae et Campbellii opinio est — memoriae lapsu sic scripsisse praegressa cum illo versiculo, quem modo laudavi, confundens ut fecit 389 E. Ex alio poeta Platonem recitasse putavit Schneider. Tenendum est Platonem semper memoriter versus citasse (quo factum est ut nonnunquam erraret), nunquam autem poetae partes agentem temere Homeri versus commutasse. — Multo maiorem controversiam subsequentia *οὐδὲ θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν κτλ* moverunt, quia parum verisimile est Platonem de deorum pugna, quae in XXº libro Iliadis descripta sit, cogitasse cum haec scriberet. Primum Homerus in Iliade non narrat per Themida et Iovem *ἔριν* (rixam) inter deos ortam esse, sed eos vetere odio exacerbatos (*βὰν δ' ἴμεναι πόλεμόνδε θεοί, δίχα θυμὸν ἔχοντες*) ad consilium venisse. Deinde *κρίσις* ap. Platonem non de *bello* usurpari solet, vid. ex. gr. Menex. 237 C *μαρτυρεῖ δὲ ἡμῶν τῷ λόγῳ ἡ τῶν ἀμφισβητησάντων περὶ αὐτὴν* (Atticam) *θεῶν ἔρις τε καὶ κρίσις* (iudicium). Tum ap. Homerum deorum pugna non Themidos opera et consilio efficitur: nuncii tantum munere dea fungitur. Consentaneum igitur est putare Platonem hic non *τὴν Θεομαχίαν* respexisse, sed dearum rixam

[1]) *Πόλεμος* enim inter mala tantum referri potest.

Paridisque iudicium. Non necesse est ut existimemus Platonem
solius Homeri peccata et errores ostendere voluisse, cum ipse
in proximis dixisset *ἐάν τις φῇ δι' Ἀθηνᾶς τε καὶ Διὸς γεγονέναι*
et supra *οὔτε Ὁμήρου οὔτε ἄλλου ποιητοῦ*. W. R. Hardie
(Class. Rev. 1890) Platonem Cypria respexisse suspicatus est,
sed illud carmen (memoriae lapsu?) Homero attribuisse, non
Stasino (ut vulgo fit, vid. Müller. Griech. Lit. I, 118). Argu-
mentum autem, quo maxime adducor ut Schneidero et Cam-
bellio acriter vulgatam opinionem (*Θεομαχίαν* hic respici) defen-
dentibus adverser, hoc est: culpat Plato Homerum (aliosque
poetas) quod deos auctores *malorum* esse dixerit; at non deorum
pugna hominibus nocuit, sed illa saepe celebrata dearum rixa,
quam Paris diiudicavit. In *θεομαχίᾳ* dii non rixantur, sed pugnant,
vide v. 66 *κτύπος ὦρτο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων*, v. 134 *οὐκ ἂν
ἔγωγ' ἐθέλοιμι θεοὺς ἔριδι ξυνελάσσαι*. Si nihilominus Plato Iliadem
respexit, cuique concedendum est eum hic perobscure et parum
accurate locutum esse.

380 A Vir doctus A. Platt (Class. Rev. 1889) verba *ἐν οἷς ταῦτα
τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι* ut glossema delenda censet, male ni fallor. —
Stallb. (1858) cum paucis codd. *ἐξευρητέον* pro *ἐξευρετέον* legere
malit, quo non opus coll. Politic. 287 A *εὑρετικός*, ibid. 287 B
διαιρετέον. Sequens (B) *διαμαχητέον* servarunt uni Ast Schmelz.
Campb. cum Eusebio et Theodoreto, recte: cf. *μαχητής, μαχη-
τός, μαχητικὸς* iuxta *εὑρετής, εὑρετικός, αἱρετός, αἱρετικός*. Mihi
forma *μαχετέον* (sicut *μαχεστέον*, cf. aor. *ἐμαχέσθην*) recentiorum
esse videtur, quamquam magis ex analogia facta est verborum
vocalium, quae vocalem non in omnibus temporibus producunt,
cf. *ἐπῄνημαι, ἐπαινετικός, ἐπαινετέος, ἐπαινέτης; τέθειμαι, θετέος;*
B *ἔσχημαι, ἑκτέος; ᾕρημαι, αἱρετός; εὕρημα, εὑρετής.* || Recte Stallb.
(1858) et Herm. comma post *ἀλλ'* (*εἰ μὲν κτλ*) delerunt. —
Statim post ad *ὡς ἄθλιοι οἱ κακοὶ* mente supple non *ὄντες* ut
Astius (post *λέγοιεν* Bekk. et Ast comma sustulerunt) iubebat,
sed *εἰσι*, quia si *ὄντες* mente suppletur, verba *οἱ κακοὶ* neces-
sario subiectum fiunt verbi *ἐδεήθησαν*, quod verborum ordo
non sinit. Si Plato *ὡς ἀθλίους τοὺς κακούς* scripsisset, vera
C Astius dixisset. || Pro *μυθολογοῦντα* Astius *μυθολογούμενα* re-
quirebat, Herwerdenus autem (Mn. 1883) vocem delebat. Pos-

terius probandum est, quia minime opus est ut post *λέγειν* addatur
μυθολογοῦντα, cum per totum hunc locum de fabulis sermo
sit; non modo *ταῦτα* ad utrumque verbum *λέγειν* et *ἀκούειν*,
sed etiam *μήτ' ἐν μέτρῳ μήτ' ἄνευ μέτρου* pertinet. In § B autem
corrige sis *κακῶν δὲ αἴτιον [φάναι] θεὸν κτλ*, quia infinitivus *φαναί*,
cum neque a *λέγειν* neque ab *ἀκούειν* pendere possit, tanquam in
aere suspensus est. In § C ult. sic interpungatur *τί δὲ δή; ὁ
δεύτερος ὅδε;* — Paulo ante fere omnes editt. *τοὺς λέγοντας
λέγειν* tuentur; at <*τε*> defendi potest verbis in 383 A *καὶ
λέγειν καὶ ποιεῖν*. Eusebius et Theodoretus illud *τε* exhibent.
D Deinde corrige *ἀποχρῇ* pro *ἀπόχρη*. || Astius et Benedictus ci
τότε μὲν ἄλλον γιγνόμενον pro *τότε μὲν αὐτὸν γιγ.*, quos recte
Stallb. refellit. Quamquam igitur *αὐτὸν* servandum est, textus
tamen sanus non est, quia *γίγνεσθαι* nude positum nunquam
„mutari" significare potest. Herwerdenus (Mn. 1883) ideo ci.
αὐτὸν <*παντοδαπὸν*> *γιγνόμενον* coll. 381 ult., 389 init., qua
c[a] recepta inelegans tautologia nascitur; Richards (Class. Rev.
1893) dubit. ci. *τότε μὲν* <*ἄλλον*> *αὐτὸν γιγνόμ.*, quod propter
sequens *ἀλλάττοντα* male sonat. Mihi videtur *τι* excidisse ante
γιγνόμενον (*ΤΙΓΙγνόμενον*). Non necesse est coll. 381 E ut verbi
δοκεῖν subiectum sit *ἡμᾶς*, etsi illic (381 E) aliquot codd. c.
E Eusebio *ἡμᾶς* pro *ἡμῖν* praebent. || Eusebii lectiones *ὑγιέστατόν*
<*τε*> *καὶ* et in 381 A *ἀνδρειοτάτην τε καὶ* Astius probavit.

381 A Pro *οὐ τὴν* Ven. *Π* exhibet *αὐτήν*. Suspicor Platonem scrip-
sisse *ψυχὴν δ' αὖ οὐ τὴν κτλ.* Verba *καὶ ἀμφιέσματα*, quae cum
Par[o] A (ubi procul dubio propter homoeotel. [1]) exciderunt) Bait.
et Herm. omiserunt, recte servarunt Schneider et Campbell; cum
per *ξύνθετα* intelligi oporteat omnes res quae fabricentur, vesti-
menta quoque iis adnumerari possunt. *Σκεύη* vero non modo
sunt vasa (ut Ast Schneid. verterunt), sed etiam supellex; vid
B 373 A *κλῖναί* [2]) *τε καὶ τράπεζαι καὶ τἆλλα σκεύη*. || Pro *ἀμφοτέροις*
legendum puto *ἀμφότερα* coll. Gorg. 524 C in. *φύσει ἢ τροφῇ
C ἢ ἀμφότερα*. || Lege *ἔμοιγε δοκεῖν* pro *ἐ. δοκεῖ*, quia ad *ἅπασα
D ἀνάγκη* cogitandum est *ἐστίν*. || De Thetide cf. Sophoclem in

[1]) Sic paulo ante A[I] ob eandem causam omisit verba *καὶ κινεῖται; οἷον σῶμα ὑπὸ σιτίων τε.*

[2]) Sic Par. A sec. Campb. exhibet.

Troilo *τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακείς ποτε* et Sophoclis Achillis
Amatores. Bekkerum cum Valckenario (qui versum paroemia-
cum putavit — *ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις* —) *παισὶν* pro *παισὶ* [1])
scribentem fere omnes editt. secuti sunt, ita ut verba *'Ινάχου*
Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις in hexam. dact. formam redigi
possint. Dindorfius illud Aeschyli Xantriae fragmentum (n^{0} 170)
sic constituit *ὀρεσσιγόνοισι | νύμφαις κρηνιάσιν κυδραῖσι* [2]) *θεαῖσιν*
ἀγείρω | 'Ινάχου κτλ. Herwerdenus (Mn. 1883) ci. *βιοδώρου*, quam-
quam et scholiastes Aristophanis ad Ran. 1344 *βιοδώροις* exhibet.
Paulo ante legendum censeo *ἠλλοιωμένην εἰς ἱέρειαν* pro *ἠ. ὡς ἱ.*,
quum in vulgata lectione *Ἥραν ἠλ. ὡς* vox *ἠλλοιωμένην* prorsus
abundet. Fortasse vulgata servanda est participio *ἠλλοιωμένην*
E deleto. || Recte Cobetus (nota ms.) correxit *ψευδέσθων* pro
ψευδέσθωσαν. Quam insolitae Graeculis Atticae formae imperativi
essent, luculenter ostendit scholion ad sequens voc. *ἐκδειμα-*
τούντων: ἀντὶ τοῦ ἐκδειματούτωσαν, ΑΤΤΙΚΩΣ. Hi igitur viri docti,
qui *ἔστωσαν* (352 A. 354 A), *ψευδέσθωσαν* (381 E) — Macedonicas
formas — servant, tacite profitentur Platonem non Attice
scripsisse. Corrigendum puto *τί δαί;* (vide dicta ad 343 A),
quum verisimile sit Socratem Adimanti responsum aliquan-
tulum miratum esse.

382 B Par. A^{I} om. propter homoeotel. verba *καὶ ἐψεῦσθαι* (eadem
m. add.). — Dele foedissimum emblema *καὶ ἀμαθῆ εἶναι*, quia
in sequentibus (*ἀλλὰ μὴν ὀρθότατά γ' ἂν .... τοῦτο ὡς ἀληθῶς*
ψεῦδος καλοῖτο ἡ ἐν τῇ ψυχῇ ἄγνοια) demum illud *ψεῦδος* defi-
nitur. Si verba illa genuina essent, sine dubio Plato scripsisset
ἔχειν τ. κ. κεκτῆσθαι τὸ ψεῦδος καὶ τὴν ἀμαθίαν et *ἀμαθεῖς* pro
ἀμαθῆ, sicut in § A *ἑαυτῶν*, non *ἑαυτοῦ* scripsit. — Dubitanter
Herwerd. (Mn. 1883) ci. *μισοῦσι μάλιστα αὐτὸ ὂν τοιοῦτο* pro
μ. μ. ἀ. ἐν τῷ τοιούτῳ (Campb. „in such a case"), sed vulgata
clarius Platonis mentem (*μισοῦσι μάλιστα αὐτὸ ὅταν ἐν τῇ ψυχῇ ᾖ*)
quam Herwerdeni c^{a} aperit. — Mox lege *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι*,
quum Socrates ea, quae supra (§ A in. *οὐκ οἶσθα ὅτι κτλ*)
dixisset, respiciat. Deinde dele verba *ἢ τοῦ ἐψευσμένου*, quia

[1]) Sic et scholiastes.

[2]) Caesura vitiosa. Num *κυδραῖσιν θεαῖσιν*?

I^{o} abundant (nam *τοῦ ἐψευσμένου* idem valet ac *τοῦ ἀμαθοῦς*)
II° instabilem sedem habent (Eusebius enim cum paucis codd.
ἡ ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἐψ. ἄγνοια exhib.). Tenemus igitur eundem
C sciolum, qui supra *ἀμαθῆ εἶναι* in mg. annotaverat. || Steph.
Ast Bekker pro *τῷ* cum paucis libris *τί* scripserunt i. e. *κατὰ*
τί, ut in D legitur (*κατὰ τί δὴ .... χρήσιμον;*); optime. Cum
Socrates non inquirat „cui" mendacium prosit, sed „quid"
(exemplis enim aliquot *τοῦ τὸ ψεῦδος χρήσιμον εἶναι* positis in
§ D rogat *κατὰ τί δὴ οὖν τ ο ύ τ ω ν .... τὸ ψεῦδος χρήσιμον*), non
potest dubitari quin *τῷ* — vel *ποτε καί τῳ* ut Vermehren Stud.
1870 coniecit — pravum sit. — Mox Herm. pro *ὅταν* ci. *οἷ ἂν*
probante Herwerdeno (Mn. 1883). Cum vero praecesserit *πρός*
τε, post *καὶ* omitti non potest alterum *πρὸς*, quod, si *οἷ ἄν*
corrigitur, non commode potest inseri. Duabus constructionibus
usum esse Platonem *πρός τε τοὺς πολεμίους* et *ὅταν τῶν καλ.*
φίλων (sc. *τινὲς*) *ἐπιχειρῶσι* optime Schneider docuit. Baiteri in
Hermanni c^{am} objectioni „cui medelae (*οἷ ἄν*) adversari videtur
quod sequitur *τότε*" Herwerdenus (l. l.) obviam ivit coniciendo
τοῦτο pro *τότε*. Hermanni c^{a} (quam unus Schmelz. prob.) tum
demum ferri poterit, si c. paucis codd. *πρός γε* et c. Herwerdeno
τοῦτο emendatum erit. Praestat nil mutare. In § ult. lege
D *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι*. || Auctore Moeride (coll. Scholiasta ad Arist.
Ran. 6) praestat *γέλοιον* pro *γελοῖον* scribere — *γέλοιος Ἀττικῶς,*
γελοῖος Ἑλληνικῶς —; Etymol. Magno inter *γέλοιος* et *γελοῖος* dis-
crimen statuenti fides abiudicanda est. — Marklandi c^{a} *ταύτῃ*
μὲν ἄρα ψεῦδος κτλ pro *ποιητὴς κτλ* placuit Ruhnkenio et Stall-
baumio. Recte autem omnes editt. vulgatam tutati sunt, cum
illa verba lepide significent „deus non mendax est ut poetae
sunt." Noli igitur textum sollicitare ex. gr. *προφήτης* (quod
E ad manum est) coniciendo. || Optime Cobetus post *τοὺς ἐχθροὺς*
verbum *ψεύδοιτο* expunxit. Elegantes breviloquentias corrum-
pere librarii solent. — Verba *οὔτε κατὰ φαντασίας* — quae in
Par^{o} A casu exciderunt, sicut in § B verba *καὶ ἐψεῦσθαι* —
servarunt omnes editt. praeter Herm. (Schmelz.) et Baiterum.
Cum enim verba *οὔτε κατὰ φαντασίας* per se bona sint, reci-
pienda mihi videntur.

383 A Sec. Campb. Par. A partic. *ὄντας* post *γόητας* *non* omisit.

Quia verba *ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας* acc. absolutus sunt, male Stallb. vertit „ut statuamus neque ... neque." Hanc ob causam Richardsii (Class. Rev. 1893) emendationem *παράγοντας* prorsus necessariam duco. Collato autem consimili loco in 380 C (*οὗτος ... εἷς ἂν εἴη τῶν ... τύπων, ἐν ᾧ δεήσει τοὺς ... λέγειν καὶ .... ποιεῖν, μὴ πάντων αἴτιον τὸν θεόν* sc. *εἶναι*) suspicor Platonem hic scripsisse *ποιεῖν,* [*ὡς*] *μήτε αὐτοὺς γόητας* (sc. *εἶναι*)
B *τῷ μεταβάλλειν κτλ.* || Recte Ast (Schneid. Bait. Campb.) verba *ἐνδατεῖσθαι τὰς ἑὰς εὐπαιδίας* [1]) a continuata orationis serie non secrevit. Sec. Campb. Par. A *παιῶν'* cum cod. Malat. et Ven. Ξ exhibet.

---

[1]) Versus sunt apud Dindorf Aeschyl. fr. 281 (*ἐξ ἀδήλων δραμάτων*).

LIBER TERTIUS.

Pag. Steph.

Veneti cod. t argumentum lib[i] III non ultra p. 389 D procedit, quia inde ab *ὑμῖν ταῖς νεανίαις πῶς* m. sec. incipit.

386 B Stallb. (1858) cum Schneid. Herm. et ceteris editt. recentibus *ἀδεῆ* pro *ἀδεᾶ* male defendit. Platonem Attice scripsisse iam saepe monuimus. — Recte mox Schneid. *περὶ τούτων τῶν μύθων* cum *λέγειν*, non cum *ἐπιστατεῖν* coniunxit, ut Campb. fecit. Delenda autem sunt verba *τῶν μύθων*, cum poetae non de fabulis *τὰ ἐν Ἅιδου* describentibus *λέγειν* soleant, sed ipsi
C Orci territamenta narrent. || Herm. Bait. Stallb.(1858) Camp. cum paucis codd. (Par. A, Ven. t, aliis) verba *ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη* omiserunt. Casu ea excidere potuisse *ἀκλήρῳ ᾧ* ..... *εἴη ἢ* recte Schneid. monuit. Lectionem *λιποῦσ' ἀνδρότητα* (sic Bkk. Herm. alii) pro *ἁδροτῆτα* omnes Platonis et fere omnes Homeri codd. exhibent.

387 C Usus verbi *ὀνομάζεσθαι* c. genit. i. e. „referri inter numerum" hisce exemplis illustretur: Isocrat. 18. 49 *ἢ τῶν φυγόντων ὀνομάζεσθαι*, Sophocl. O. R. 1042 *τῶν Λαΐου δήπου τις ὠνομάζετο.* — Optimorum codd. lect. *ὡς οἴεται* pro *ὡς οἷόν τε* nemo iure recepit. Si vulgo suscepta lectio *ὡς οἷόν τε*, quam Herm. et Stallb. (1858) „languidam" iniuria vocarunt, non sana est, cum M. Hertz[o] (Fleck. Jbb. 1872 bd. 105) verba *ὡς οἴεται* ut exclamationem lectoris declarantis ipsi illa nomina nullum terrorem incutere, delenda erunt. Virorum dd. coniecturis a Baitero enumeratis accessit Campb[i] *ὡς ἐτεά.* — Voc. *θερμότεροι*

nonnullis editt. minus idoneum visum est, quod factum non
esset, si meminissent loci memorabilis in Phaedro 251 A *ὁ
δὲ ἀρχιτελής...... ὅταν θεοειδὲς πρόσωπον ἴδῃ..... πρῶτον μὲν
ἔφριξε..... ἰδόντα δὲ αὐτὸν, οἷον ἐκ τῆς φρίκης, μεταβολή τε καὶ
ἱδρὼς καὶ θερμότης λαμβάνει. θερμανθέντος δὲ ἐτάκη τὰ περὶ τὴν
ἔκφυσιν κτλ.* Horrore illo mens perturbatur et aestuat, quo fit
ut animi robur sicut ferrum candefactum molliatur. Recte
Campb. vertit „*too heated* i. e. nervous, excitable, not cool
enough." Astii c^{a} *ἀθυμότεροι* inepta est, quum *ἀθυμία* vitium
sit, non vero iusta ac temperata *μαλακία* (dixit enim *μαλακώ-
τεροι τοῦ δέοντος*). Mox corrige *καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη [φοβού-*
E *μεθα]*. || Ex *ἥκιστα δεινὸν* per zeugma *εἰκὸς* ad *ὀδύρεσθαι* cogi-
tandum est, quod fieri potest cum *ἥκιστα δεινὸν* idem sit
atque *ἥκιστα εἰκὸς αὐτὸν δεδιέναι*, itaque non recipiam pravam
(nam ex Adimanti responso *πολύ γε* i. e. *πολύ γε εἰκὸς μὴ
ὀδύρεσθαι* patet Stallb^{um} falsum esse) Stallb^{i} c^{am} *ὀδύρεται, φέρει
δὲ κτλ* nec Richards^{i} (Class. Rev. 1893) *ὀδύρεσθαι* <*ἔοικε*>.
Incidit mihi olim suspicio ante *καὶ* excidisse *δεῖ*, quod non
tam improbabile est reputanti saepe ante *καὶ* voc. *δή*, quocum
sexcenties librarii *δεῖ* confundunt, excidisse. Confer in 388 E
δεῖ (sc. *ὀδυρμοὺς ᾄδειν*) *δέ γε οὔχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν.*
388 A Recte Herm. Homeri verba (exceptis *ποτὲ δ' ὀρθὸν ἀναστάντα*)
in versuum formam redegit. Plato saepe poetarum verba mutat
accommodationis gratia, vid. dicta ad 363 B. Videtur praeter
δινεύεσκ', ut nunc Homeri codd. tradunt, antiquitus altera lectio
fuisse *πλωΐζεσκ' ἀλύων ἐπὶ θῖν' κτλ*, ut 364 D *λιστοὶ* pro *στρεπτοί*,
424 B *ἐπιφρονέουσ'* pro *ἐπικλείουσ'*, 379 D *κηρῶν ἔμπλειοι ὃ μὲν
ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὃ δειλῶν* pro *δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δέ
τ' ἑάων*; quamobrem *πλωΐζοντ'* sollicitatum non oportuerat a
viris dd. aliis alia excogitantibus: Liebhold (Fleck. Jbb. 1888
bd. 137) ci. *πρῴ ἰύζοντ'*, Herwerd. (Mn. 1891) et Naber
B *αἰάζοντ'*. || Par^{o} A^{I} *ἀμφοτέραισι* (sic) exhibenti obtemperandum
C est coll. 364 D *εὐχωλαῖς ἀγαναῖσιν* pro *εὐχωλῇσ' ἀγανῇσι*. || Male
Baiter c. Par^{o} A dedit *ᾤμοι*. Recte editt. (praeter Bait. et
Campb.) verba *ὢ πόποι φάναι* a versibus separarunt, vid. dicta
D ad 363 B (*φησίν*). || Sec. Campb. Par. A *σχολῆι* exhib. „with
gloss *ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς*." Ante Bekkerum legebatur *τις αὐτὸν*

ἄνθρωπον, quod *αὐτὸν* dittographia ex *ανον* natum esse videtur.
Lege *τοιοῦτόν* <*τι*> *ἢ λέγειν* aut <*τὸ*> *τοιοῦτον*, ut infra (389 A)
τὰ τοιαῦτα legitur. De dativo Ionico *σμικροῖσι* vid. dicta ad
E 345 E. || Pro *ἐφιῇ* (sic Ast. Bkk. Schneid.) unus cod. *ἐφῇ*
praebet probantibus Herm. Bait. Campb. Codicum principum
lectiones (Par. A *ἔφην*, Ven. *Π ἔφη*) aoristum flagitare viden-
tur. — Pro *ζητεῖ* H. Wolf ci. *ποιεῖ*, Herwerd. (Mn. 1883) autem
τίκτει vel *ἐντίκτει* (in scriptura unciali *T* et *Z* nonnunquam
confusa sunt). At recte Campbell (vertens „requires," „demands")
vulgatam tuetur *τὸ τοιοῦτον* dicens *προσωποποιεῖσθαι*, itaque si *ζητεῖ*
per „requirit" vertitur, optimum sensum nanciscimur. Similis
prosopopoeia occurrit 370 B *οὐ γάρ, οἶμαι, ἐθέλει τὸ πραττόμενον....
περιμένειν*. — Cobeto dudum (Mn. 1854, 1860) *οὔτἆρα* i. e. *οὔτοι
ἄρα* poscenti nemo paruit. Viri dd. vulgatam defendunt dicendo
ut nonnunquam *τε — δέ*, sic hic *οὔτε — δὲ* adhibitum esse; cum
autem vehementi (cf. supra B et C *μήτοι*) negatione hic opus
sit, praestat Cobeto obtemperare.
389 A Hermanno (probante Nabero 1864 Comm. Plat. II) *οὔκουν*
legenti deletis *ἀποδ. περὶ θεῶν* ne balbutiret oratio, nemo
assensus est, *prave;* videtur aliquis *ἀποδεξόμεθα* inculcasse non
intelligens *ἀποδεκτέον* c. accusativo construi posse. Verba *περὶ
θεῶν* et Herwerd. (Mn. 1883) expunxit (servato *ἀποδ.*), optime,
quia non refert utrum de deis necne haec dicta sint, sed
utrum vera an falsa. Hermanno igitur omnino parendum est.
Post *ποιπνύοντα* neutiquam interpungendum est. Naberum (l. l.)
praeterea versum alterum *ὡς ἴδον κτλ* „utpote nihil ad rem
facientem" eicientem non falsum esse puto, cum Plato non
risus causam, sed ipsum risum effusum reprehendat neque
probabile sit Platonem indicare voluisse se potius de Iliadis
C (*Α* 599) loco quam de Odysseae (*θ* 326) cogitasse. || Voc.
τοιούτους ante *ἄρχοντας* omiserunt Stobaeus, Par. A^{I}, alii codd.,
optime, quia non adversus quosdam rectores, sed adversus
quoslibet rectores mentiri non licet. E praegresso *τοῦ τοιούτου*
natum est *τοὺς τοιούτους*. In notis Campb. mecum facit. Porro
aut c. Stobaeo legendum *τοὺς ἄρχοντας* <*τῷ*> *ἰδιώτῃ* aut *πρός
γε δὴ [τοὺς] ἄρχοντας ἰδιώτῃ* coll. 390 A. Prius mihi magis
placet. — Madvigius sub finem *λέγοντι* expunxit (nemo assensus

est), at sic non modo λέγειν mente supplendum, sed etiam τινι vel τινα (verbi λέγειν subiecto) aegre caremus ne sequens αὐτὸς referatur ad ἀσκοῦντι. Praeterea Madvig proposuit ἢ <πλέοντι> πρὸς κτλ (deleto nimirum λέγοντι). Vulgata autem bene se habet, licet structura mutata sit: λέγοντι scilicet scriptum est tanquam non ψεύσασθαι, sed ψευδομένῳ praecessisset. Mox Stobaeus τῶν ante ναυτῶν omisit, fortasse recte, cf. Legg. 737 B τῆς γῆς
D τε καὶ οἰκήσεων, Ion. 538 E τοῦ μάντεώς τε καὶ μαντικῆς. || Par[1] A lect. δημιουργοὶ receperunt Stephanus, Schneid., Herm., quod minus probandum. Recte fere omnes editt. τί δέ pro τί δαί ediderunt. Pro ἐάν γε Stobaeus et aliquot codd. ἐάνπερ exhibent, quod Ast iure commendavit. — Verba ὡς πλήθει aliter alii explicaverunt: Schneid. Campb. („for a body of men") intelligunt „respectu multitudinis", Ast vero et Stallb. „in universum;" posterius placet, quia non modo plebs et milites, sed etiam ipsi magistratus cupiditatibus imperare et eas compescere debent. Ὡς πλήθει Plato dixit non diverse ab ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος. Praestat vero vertere „omnibus hominibus," ut appareat quomodo plur. num. ὑπηκόους sequi possit. Duplex σωφροσύνη est: civilis et privata (s. domestica). Πολιτικὴ σωφ. ad unos ἀρχομένους pertinet (cf. exempla in § E), ἰδιωτικὴ autem σωφ. ad summos et infimos, quamobrem in 390 A B sq. vel Ulyxis, Jovis, Martis (virorum minime plebeiorum) intemperantia vitu-
E peratur. || Prius hemistichium ἴσαν .... Ἀχαιοί delerunt Wiegand, Herm., Naber (Comm. Plat. II), Baiter, male ni fallor; solent enim interpolatores immutata neque e longinquo petita, sed statim antecedentia vel subsequentia verba ad locum adornandum (?) inserere. Mihi Plato videtur memoriae lapsu duos locos inter se non dissimiles confundens sic scripsisse, etsi propter verba τὰ τούτων ἐχόμενα constat eum de libro IV° cogitasse. Recte igitur Schmelz. et Campb. vulgatam servarunt. Versus in 379 E ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται simili errori tribuendus est.

390 A Cum Bekkero suspicor verba παράπλειαι ὦσι τράπεζαι ab orationis serie separari oportere. Editiones vulgares (δημώδεις) mirum quantum ab Alexandrina recensione discrepabant, vid. in 379 D κηρῶν ἔμπλειοι ὃ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὃ δειλῶν pro δώρων

οἷα κτλ, 388 A πλωΐζεσκ' pro δινεύεσκ', Legg. 777 A ἥμισυ γάρ κτλ (ex Odyss. 17, 322), alia. Vide, si tanti est, perantiqui papyri fragm. Iliadis Λ 402—537 continens, ubi post v. 513 duo nobis ante ignoti versiculi sequuntur (cf. Leeuwenium in Mnem. 1892 p. 127). In Hesiodi carminibus non minor (vid. interpretes ad 469 A) discrepantia apparet. — Aliquot codd. νεανισκεύματα exhibent, quod melius quam νεανικεύματα (sic
B Par. A). || Vulgatam ὡς μόνος ἐγρηγορὼς ἃ ἐβουλεύσατο τούτων ..... ἐπιλανθανόμενον e recentibus editt. Bait. Schmelz. Campb. servarunt non intelligentes ὡς prorsus hic ineptum esse, ut demonstravit (Mus. Rhen. IV) Hermannus, prave tamen ipse καὶ pro ὡς coniciens. Absurde Campb. construendum censet ἀκούειν Δία ὡς ἐπιλανθανόμενον. Non male H. Jackson (Journ. of Philol. 1872) ci. εἷς μόνος ἐγρ. ἃ ἐβ. κτλ.; at non τὸ μόνον ἐγρηγορότα βουλεύσασθαι urguendum est, sed τὸ ἐπιλανθάνεσθαι, unde patet pronomen ἃ sine causa postpositum esse. Itaque optime Herwerd. (Mn. 1888) probante Richardso (Class. Rev. 1893) ci. ὅσα μόνος ἐγρ. [ἃ] ἐβουλ. κτλ. Deinde optime Eusebius c. aliquot codd. ἐπιλαθόμενον tradidit, quod necessarium est cum participia
C ἐπιλαθόμενον et ἐκπλαγέντα coordinata sint. || Porro participium βουλόμενον expungendum est, post ἐθέλειν non modo otiosum, sed ne tolerabile quidem. Cum perpaucis codd. eice praeterea καὶ ante λέγοντα, quia ea verba excusationem τοῦ ἐθέλειν humi consuescere continent. Mox c. Herwerdeno (Mn. 1883) corrige παρ' pro πρὸς (ἀλλήλους), cf. v. c. 328 D. Πρὸς et παρὰ confundi docuit Bastius. — Optimis codd. Ἄρεως exhibentibus
E recte paruerunt Schneid. Herm. Bait. Campb. || Dele post ἀξίωσομεν futile interpretamentum οὐδ' ὁμολογήσομεν.

391 A Recte Bait. 'θέλειν scripsit. Et Dindorfius ap. Platonem formam ἐθέλειν requirit. In Phaedonis papyro 80 D θεὸς θέλει exstat, sed in nostris codd. θεὸς ἐθέλει. Facillime prima littera verbi ἐθέλειν ante Θ excidere poterat, sicut sexcenties ante θεὸς articulus ὁ. Etiam M. Schanz (Nov. Comm. Plat. 1871) ἐθέλειν in Clarkiano frequentius quam θέλειν inventum docuit. Hic Campb. ἐθέλειν recepit, quamquam non dubito quin ἐθέλειν sicut ἐκεῖνος aphaeresin pati possit ante vocales longas, praecipue ἢ vel μή. — Par. A δὴ pro δι' (Ὅμηρον) praebet; Campb. „δὴ with accent over erasure;

B perhaps δή'." || Herwerdeno (Mn. 1883) corrigenti τὰς [τοῦ]
ἑτέρου ποτ. [Σπερχειοῦ] non obtemperandum esse puto. Artic.
τοῦ utique servandus, de nomine proprio delendo ambigi potest,
D cum etiam 390 E nomen Φοίνικα additum sit. || Sec. Campb.
Par. A ὥρμησΑΝ, *non* ὥρμησεν exhibet. Pluralem recte rece-
perunt Bkk. Ast Campb., etsi singularis non habet cur impro-
betur, vid. v. c. 401 D καταδύεταί ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἡ ἁρμονία .....
φέροντα (neutr. plur.). Par. A exhibet μηδέ τιν' ἄλλου. — Frustra
Heller (Cur. Crit. p. 28) αὐτὰ ἔργα dici non posse contendit
neque eius c[a] (coll. 391 E) τοιαῦτα ἔργα mihi placet. Ego delen-
dum puto ἔργα, sicut 370 E post αὐτὴν librarii τὴν πόλιν male
inseruerant. Εἶναι τούτων αὐτὰ exquisitius dictum mihi videtur
quam εἶναι αὐτὰ τούτων ἔργα. Mox optime Cobetus ci. θεοὶ κακοὺς
E γεννῶσι, cum γεννᾶν hic translaticiam vim non obtineat. ||
Bekkero auctore Schneid. Stallb. Bait. Campb. οἱ ante Ζηνὸς
addiderunt, optime; excidit οἱ haplographia. — Mox Strabo
οἷς pro ὧς praebet, quod sane facilius intellectu. Vocem καὶ
ultimi versus Ast et Campbell Socratis orationi dederunt arbi-
trati verba οὔ πω κτλ cum proximis non cohaerere.

392 A Voc. ἡμῖν post ἦν δ' ἐγὼ in Par[o] A (cuius librarius vocis ἡμῖν
omissionem resarsit scribendo περιορίζομεν· οἷς) omissum est
prob. Herm. et Baitero. Codicis Π lectionem ἦν δ' ἐγώ, ἡμῖν
optime probarunt Stallb., Schneider, Schmelzer. Tertiam lec-
tionem ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ Bkk. Ast Campb. (ante ἦν in Par[o] A
ἡμῖν excidisse ratus) receperunt. — Interpolatorum codd. lect.
περὶ <μὲν> γὰρ θεῶν κτλ. iniuria Stallb. (1858) probavit. Valde
miror Astium et Stallb. V[am] L ἀδύνατον δὲ non improbasse:
illud δὴ indicat Socratem non punctum temporis dubitasse quin
et Adimanto idem visum esset. Λογοποιοὶ hic eidem sunt qui
in § D μυθολόγοι vocantur, sicut λόγους Socrates hic a μύθοις
B non distinguit. || In § ult. recte Hermann praeeunte Stall-
baumio (prob. Bait. Campb.) coll. 420 C ζητοῦμεν pro ἐζητοῦμεν
C correxit. || V[am] L τὰ δὲ λέξεως pro τὸ δὲ λ. recipiendam duco;
eandem et Ammonius ad Aristot. p. 99. a. 17 Brand. — praeterea
ἐσκεμμένον ἔσται pro ἐσκέψεται exhibens — tradidit.

393 B Illud ποιῆσαι (μὴ Ὅμηρον δοκεῖν) illustratur verbis in 381 E
ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς κτλ, quare non opus est V. L.

πεῖσαι. — Sine causa Herwerdenus transponendum censuit
(Mn. 1891) τὸν πρεσβ. ἱερέα ὄντα et mox delenda verba (Mn.
1883) περί τε τῶν ἐν Ἰλίῳ ..... παθημάτων, quae verba ut minime
suspecta neque otiosa utique servanda sunt. Richards (Class.
Rev. 1893) ci. κἀν (i. e. καὶ ἐν) ὅλῃ τῇ Ὀδυσσείᾳ, quo non opus,
non modo quia non necesse est praepositionem iterari si res
inter se non contrariae copulentur, sed etiam quia dativus
D ille temporalis esse videtur. || Socrates hic dixit ποιητικός, non
ποιητής, sicut in Phaedon. 61 D dixit καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικός,
E non μυθολόγος. || H. Wolfius ci. ἀπολῦσαι pro λῦσαι, quo non
opus coll. λυθῆναι in § ult. Valckenarii c[am] μή ἑ ἐρεθίζειν nemo
recepit, *male*, nam et mihi „duplex ellipsis hoc in loco videtur
durior; ἑ (i. e. se) ponit et Lib. I init. et X 617 E ἓ δὲ οὐκ ἐᾶν."

394 B Recte Herwerd. (Mn. 1883) ci. τὰς τραγῳδίας <τε καὶ κωμῳ-
δίας>, quod Adimantum respondisse Socratis (in § C) verba
ὥσπερ σὺ λέγεις, τραγῳδία τ. κ. κωμῳδία demonstrant. Post
C pauca Herm. vitiose edidit οἷός τ' ἦν pro ο. τ' ᾖ. || Heindorfii
(praeeunte Stephano coll. Phil. 51 C εἴ μου μανθάνεις) c[am] εἰ
μου (pro μοι) μανθάνεις Herm. Baiter Schmelzer receperunt.
Bekker autem, Schneid. Campb. recte vulgatam defendunt
dicentes μοι esse dativ. ethicum coll. 343 A ὅς γε αὐτῇ .....
γιγνώσκεις, Legg. 644 C καί μοι δι' εἰκόνος ἀποδέξασθε (etsi
δέχεσθαι nonnunquam c. dativo construitur), aliis. Optime igitur
Ficinus mihi vertisse videtur „si modo intelligis." Saepe
μανθάνειν absolute ap. Platonem adhibetur. Εἴ μου μανθάνεις
significat „si me i. e. ea, quae dico, intelligis"; εἴ μοι μανθάνεις
autem „si rem intelligis." Dixit igitur εἴ μοι μανθάνεις ut
E saepe dicit εἰ μανθάνομεν. || Pessime Ast, Bekker, Schneid.
(Hermann et Schmelz. interrog. signum post οὔ ponentes
structuram non intellexisse videntur) post φύλακας ἢ οὔ punctum
finale apposuerunt non intelligentes hanc esse sententiam:
ἄθρει τόδε ἢ τὸ „πότερον μιμητικοὺς δεῖ εἶναι ἢ οὔ" τοῖς ἔμπροσθεν
ἕπεται κτλ. Verba ὅτι εἷς ἕκαστος ἓν κτλ ideo non ad τοῦτο, sed
ad τοῖς ἔμπροσθεν pertinent. Verba πολλῶν ἐφαπτόμενος mihi
spuria videntur, quia τοῦτο ἐπιχειροίη significat πολλὰ ἐπιτηδεύειν
s. πολλῶν ἐφάπτεσθαι. — Herwerdeno (Mn. 1883) verba ὥστ'
εἶναί που ἐλλόγιμος delenti plane assentior, cum absurdum sit c.

Astio contendere *ὥστε εἶναι* idem significare quod *τοῦ εἶναι. Τὸ*
enim *ἀποτυγχάνειν πάντων* efficit *τὸ μὴ ἐλλόγιμος εἶναι*, nunquam
τὸ ἐλλ. εἶναι.
395 **A** Stallb. (1858) c. Bekkero, Astio *ἐπιτηδεύσει τέ τι ἅμα* dedit,
quod ferri potest, quamquam et vulgata se bene habet. Lect.
δύναιντ' ἂν male Stallb. e. deterr. codicibus recepit pro vulgato
δύνανται. — Mihi voc. *δύο* ante *μιμήματα* spurium esse videtur,
quia in universum haec dicta sunt, itaque utrum de duobus
an de pluribus imitandi generibus cogitemus nihil interest.
C Plato sine dubio *τὼ δοκοῦντε* scripturus fuerat. || Optime Astius
correxit *τὸ εἶναι ἀπολαύσωσιν* (pro *τοῦ ε. ἀ.*), quod unice verum
esse vel sola sequentia *αἱ μιμήσεις . . . . εἰς ἔθη τε καὶ ΦΥCΙΝ*
καθίστανται demonstrant. Ceteri editt. *ἀπολαύσωσιν* absolute
positum esse dicunt non reputantes eos, qui *τοῦ εἶναι* (sc.
αἰσχροὶ) *ἀπολαύσωσιν*, iam *esse* turpitudine *infectos*, quod ipsum
D vitandum esse Socrates monet. || Pessime J. Richter (Fleck.
Jbb. 1867 bd. 95) ci. *φωνὰς καὶ κατασκευὴν καὶ διάνοιαν* non
intelligens hic opponi animo corpus, itaque alterum *κατὰ* omitti
non posse. Iam Stallb. (1858) articulo *τὴν* offensus e paucis
codd. deterr. V^{am} L *κατὰ διάνοιαν* recipiendam iudicabat, male,
quamquam et mihi locus non sanus videtur. Puto *φωνὰς* inter-
polatori deberi, qui sequentia (397 B) iam hic respici arbitra-
retur; itaque deletis *καὶ φωνὰς* legendum censeo *καὶ κατὰ*
<*τὸ*> *σῶμα καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν*. Verba enim *κατὰ τὸ σῶμα*
E generatim indicant gestus, habitus, *vocem*, vultum, similia. ||
Optimis codd. *πολλοῦ [γε] καὶ δεήσομεν* praebentibus recte omnes
editt. paruerunt. Lege *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι*.
396 **A** Corrigendum puto [*ἢ*] *καὶ ἄλλα ὅσα οἱ κτλ*, quia verba *καὶ*
ἄλλα κτλ ad *πράττοντας* pertinent: *δειλούς τε καὶ τἀναντία πράτ-*
τοντας . . . . . καὶ ἄλλα; de copulandi ratione per *τε καὶ—καὶ* vid.
dicta ad 329 A ult. Praegressum *ἢ καὶ* librarium in errorem
induxerat. Ad iteratam praepositionem in verbis *εἰς αὐτούς τε*
B *καὶ εἰς ἄλλους* cf. Phil. 50 B *ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν τραγῳδίαις*. ||
Verbis *τί δέ; ἵππους χρεμετίζοντας κτλ* Th. Heine (de quo vide
C ad 377 D) dithyrambicos poetas perstrictos putat. || Dele post
D *τούτῳ* voc. *εἶδος*, cum *τούτῳ* iam significet *τούτῳ τῷ εἴδει*. || Verba
καὶ ἧττον expungantur, sicut 417 B ad *πολὺ πλείω* aliquis *μᾶλλον*

adscripsit. *Ἐλάττω* idem esse atque *ἧττον* locus in Gorg. 512 B
lucide demonstrat. Ut *πλεῖστον* et *ἐλάχιστον* nonnunquam adverb.
loco adhibentur, sic *ἐλάττω* et *πλείω*. Astius et Schneid. verte-
runt „rarius vero et minus", male, cum *μάλιστα* valeat „maxime,
potissimum", *non* „saepissime, permultum." Erunt tamen, qui
hic *σχῆμα ἐκ παραλλήλου* adhibitum esse dicentes mihi fidem
abiudicaturi sint, quasi non maxima eiusmodi dictionum pars
librariis et sciolis debeatur.
397 **A** Optimorum codd. lect. *μᾶλλον διηγήσεται* iure a recentioribus
editt. improbata est, quia cum conclusione in B in. (*καὶ ἔσται*
δὴ ἡ τούτου λέξις . . . ἢ σμικρόν τι διηγήσεως ἔχουσα) pugnat. Cum
enim non amplius de *λόγων* argumento, sed de *λόγων* forma
sermo sit, unice vera est varia lect. *μιμήσεται* a Schneid. Herm.
Schmelz. recepta. Illud *μᾶλλον* ad praecedens *ὅσῳ ἂν φαυλότερος*
ᾖ referendum est, ita ut is, qui minus vilis sit, minus *πάντα*
imitaturus sit, qui autem magis, magis. Quod non perspiciens
Madvigius (prob. Bait. Campb. Hellero Cur. crit. 14) ci. *μιμή-*
σεται ἢ διηγήσεται. Quamquam haec c^a prorsus improbanda est,
tamen ad mendi originem indicandam utilis est: adscripserat
aliquis ad *μιμήσεται* verba *ἢ διηγήσεται* eodem modo quo Mad-
vigius errans, quo factum est ut librarii rati V^{am} L se inve-
nisse interpretamentum in genuinae lectionis locum substitu-
B erint. Obiter corrige *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι*. || Ad verba *πρὸς τὴν*
αὐτὴν (*λέγειν*) sine dubio *λέξιν*, non *χορδήν*, ut Campb. putat,
mente supplendum. Dici quidem potest *πρὸς τὴν αὐτὴν χορδὴν*
ᾄδειν vel *ὀρχεῖσθαι*, at tum non, hercle, opus est ut addatur
ἐν μιᾷ ἁρμονίᾳ, quasi *μονοτονία* variari possit. *Πρὸς τὴν αὐτὴν*
λέξιν λέγειν significat *λέξιν*, qua initio utaris, usque ad finem
servare. Deinde male Steph. et Astius e paucis codd. *καὶ δὴ*
καὶ ἐν ῥ. pro *καὶ δὴ ἐν ῥ.* ediderunt; *δὴ* hic idem valet ac
C „denique." || Fortasse corrigendum *κομιδῇ μὲν οὖν, ἔφη* [*οὕτως*
ἔχει]. In § ult. certo spuria sunt verba *οὕτως ἔχει*, cum post
γε plane frigeant. Mox Richards (Class. Rev. 1893) ci. *παντ.*
μορφὰς <*ἐκ*> *τῶν μεταβολῶν*, quia inusitate *μορφὰς* pro *εἴδη*
(genera) scriptor dixerit. Et mihi vulgata corrupta videtur,
sed magis tolerabilis quam Richardsii c^a, qua recepta verba *ἐκ*
τῶν μεταβ. prorsus abundant. Delenda censeo verba *τῶν μετα-*

βολῶν ab aliquo addita, qui non intelligeret *παντοδαπὰς μορφὰς ἔχειν* (cf. 389 A *παντοδ. γίγνεσθαι καὶ πάντα μιμεῖσθαι*) idem esse ac *παντοδαπὰς μεταβολὰς ἔχειν*. Dubitanter praeterea propono *παντοδαπὰς [μορφὰς] τῶν μεταβολῶν ἔχειν*, cf. 347 C *τῆς δὲ ζημίας μεγίστη*. — Dele post *τῆς λέξεως* verba *ἢ τῷ ἑτέρῳ*, cf. in D *τῶν*
D *ἀκράτων τὸν ἕτερον* i. e. alterutrum. || Cum Par. A aliisque codd. Herm., Baiter, Schmelzer *τὸν* post *μιμητὴν* omiserunt, male, ut iam Astius demonstravit.

398 A Non male Richards (Class. Rev. 1893) dubit. ci. *προσκυνοῖμεν* <*μὲν*> *ἂν κτλ.* Bekkerum *οὐδὲ θέμις* corrigentem pro *οὔτε θέμις*
C recte secuti sunt Herm. Bait. Schmelzer. || Platonis de musica sententiam et alii et R. Westphal (Plato's Beziehungen zur Musik. Berl. Philol. Wochens. IV 513—18, etc.) exposuit. Legendum puto (coll. 399 E *τὸ περὶ ῥυθμούς*) *τὸ περὶ ᾠδῆς τρόπον* (pro *τρόπου*). Vox *τρόπου* s. *τρόπον* etiam ad *μελῶν* pertinet. — Verba *οἷα δεῖ εἶναι* spuria sunt et sensu vacua. Suspicio mihi aliquando incidit aliquem pro *ἃ* coll. sequentibus *ποῖ' ἄττα δεῖ..... λέγειν* requiri *οἷα* ratum in mg. annotasse *οἷα δεῖ εἶναι*, quod dein in textum sit illatum. — Stephanus e paucis codd. <*τούτων*> *τῶν πάντων* edidit, quo additamento articuli vis
D perit. || Sec. Campb. Par. A *οὐ γὰρ οὖν* exhibet et in § E in. A^{II} *συντονολυδιστί* (sicut Ven. *Π σύντονοι λυδιστί*). De harmoniis vid. quae disputavit C. v. Jan in Fleck. Jbb. bd. 95 (p. 815—26)
E „die Tonarten bei Platon im 3^{en} Buche d. Rep." || Doctissimus A. Platt (Class. Rev. 1889) putat verbis *ἄχρηστοι γὰρ καὶ γυναιξίν, ἃς δεῖ ἐπιεικεῖς εἶναι* Sappho — quam Aristoxenus (ap. Plutarch. de musica 16) *πρώτην εὑρέσθαι τὴν μιξολυδιστὶ* tradidit — tecte a Platone notatam. Idem iam supra (387 E ult.) „*ὀρθῶς ἄρ' ἂν ἐξαιροῖμεν τοὺς θρήνους...., γυναιξὶ δὲ ἀποδιδοῖμεν καὶ οὐδὲ ταύταις σπουδαίαις*" dixerat Plato. Argivi quoque ap. Plutarch. (l. l. 37) traduntur *ζημιῶσαι τὸν ἐπιχειρήσαντα πρῶτον τοῖς πλείοσι τῶν ἕπτα χρήσασθαι παρ' αὐτοῖς χορδῶν καὶ παραμιξολυδιάζειν ἐπιχειρήσαντα.* — Stephanus (non dissentiente Richardso in Class. Rev. 1893) requirebat <*ἡ*> *μιξολυδιστί*, <*ἡ*> *ἰαστί* et in 399 A <*ἡ*> *δωριστί*, sed etiam ap. alios scriptores illa nomina absque articulo occurrunt. In § ult. Richards (Class. Rev. 1893) verba *αἵτινες χαλαραὶ καλοῦνται* ut

interpretamentum eicienda putavit, quod ap. bonos scriptores Atticos *ὅστις* et *ὅς* non promiscue usurpentur; sine causa, nam in 399 C *ταύτας δύο.... αἵτινες*, in 618 E *χείρω μὲν καλοῦντα, ὃς....*, *ἀμείνω δ' ὅστις κτλ.* legimus, sicut saepe *ὅ τι* pro *ὃ* et *ὅτου* pro *οὗ* (cf. Gorg. 453 B *αὐτὸ τοῦτο, περὶ ὅτου ὁ λόγος ἐστίν*) usurpatur. Mire Campb. annotat „the indefinite relative suits with Plato's affected ignorance." Par. A^{I} *αυτινες*, in mg. m. vet. *αὖ τινες* (sicut Ven. *Π*), A^{II} *αἵτινες* exhibet.

399 A Fere omnes editt. recte probarunt formam *κατάλειπε* et in § C *λεῖπε* pro formis aoristorum; vid. Hellerum (Cur. Crit. p. 4) de
B confusis *ει* et *ι* in Politiae libris. || Astii c^{am} *παρατεταμένως* etiam Cobetus (Mn. 1860 p. 244) improbavit. — Verba *μὴ βιαίῳ* non significant „nec violenta" (sic Ast Schneid.), sed „coactus," propterea quod iis *ἑκούσιος* oppositum est. Etiam *αἱ βίαιοι πράξεις* esse possunt *ἑκούσιοι*, vid. Legg. 874 D. Quominus *ἑκούσιος* per „amicus" vertamus, linguae usus, opinor, prohibet. Praestat igitur etiam in § A (*ἐν πάσῃ βιαίῳ ἐργασίᾳ*), in § C, in 603 C voc. *βίαιος* passivo sensu usurpatum esse putare. — Pro *ὑπέχοντα* fere omnes codd. *ἐπέχοντα* (sic Herm. Bait. Campb.) praebent, male, quia „submissionis" notione,
C quae hic requiritur, voc. *ἐπέχειν* caret. || Fere omnes codd. voc. *ἁρμονίας* post *ἀνδρείων* iterant, unde non iniuria Herwerd. (Mn. 1883) suspicatus est non modo secundum *ἁρμονίας* (quod fere omnes editt. delent) spurium esse, sed etiam prius. Cum quadam vi in conclusione tantummodo *ταύτας* omisso substantivo dicitur. In edit. Goth. II Stallb. alterum *ἁρμονίας* priore deleto servavit. Per hypallagen ipsae harmoniae *ἑκούσιος* et *βίαιος* vocatae sunt, cuius dicendi figurae Schneider complura exempla ad hunc locum apposuit. Cum autem post *δύο* oratio paulisper, ut ante enumerationes assolet, intermittatur, permira illa hypallage mihi videtur, praecipue quod statim genitivi sequuntur; hanc ob rem vulgatam corruptam censeo et legendum *βιαίων ἑκουσίων* (neut. gen., ita ut *βίαια* idem significet quod *βίαιοι πράξεις*). Saepe in Par. A [1]) et Veneto *Π* (ne deterr. codd. citem) ō et

[1]) Sic paulo ante *ἀγάποντα* pro *ἀγαπῶντα* et paulo post ad *τριγώνων* Baiter annotat „alterum ω in litura." In 426 C Par. A^{I} *δεινως*, 427 C *οὐτως*, et sic sexcenties Par^{i} librarius erravit.

ω vice versa confusa sunt; exempla multa apponere longum
D est. Lege *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι*. || Vulgata *ἢ οὐ τοῦτο πολυχορδότατον*
sine dubio corrupta est, quia, etiamsi per *τοῦτο* significari
posset *αὐλός* (coll. 377 B ult., ubi ad *ὃν* ex *μυθοποιοῖς* mente
supplendum est *μῦθον*), Plato non scripsisset *αὐλοῦ* (*τυγχάνει ὄντα
μίμημα*), sed *αὐτοῦ* (unus cod. pro *αὐτὰ τὰ παναρμόνια* exhib.
αὐτοῦ τὰ παναρ.). Mihi videtur ex *Η ΟΥ ΤΟ* dittographia natum
esse *Η ΟΥ ΤΟΥΤΟ* et deinde cum Badhamo (ed. Phil. 1878)
scribendum *πολύχορδον αὐτὸ καὶ...... μιμήματα*; Astii c^a *ἢ οὐ
τὰ πολύχορδα* (sic iam Cornarius) *καὶ αὖ τὰ παναρμόνια κτλ* non
verisimilis est. Stallbaumius autem (1829) ci: *ἢ οὐκ αὐτὸ τὸ
πολυχορδότατον κτλ.* — Non male c. uno cod. Ast et Stallb.
(1858) *καὶ* ante *κατὰ* delendum esse putarunt; interpolatori vox
E reddenda est. || Dele post *τῶν ἐκείνου* vocem *ὀργάνων*. Post
pauca voc. *πάλιν* mihi displicet, cum Plato dicat *ἣν ἄρτι τρυφῶν
ἔφαμεν π.*, non *ἣν ἀ. τ. ἐποιοῦμεν π.* Puto postquam *πόλιν* in
πάλιν corruptum esset (ut saepius vice versa accidere solet),
post *ἔφαμεν* additum esse *πόλιν*. — Initio *πούς* et *ῥυθμὸς* *fere*
idem ut nostro loco significabant, postea *πούς* pedem simplicem,
ῥυθμὸς compositum; cf. Cic. Orat. 64. 218 „Paeon quod plures
habet syllabas quam tres, *numerus* quibusdam, non *pes* habe-
tur.” E pedibus s. numeris (*ῥυθμοῖς*) *βάσεις πλέκονται* h. e. pedum
coniugationes, sic ex. gr. dipodia vocatur *πούς σύνθετος κατὰ
συζυγίαν*. Recte igitur Stallbaumius *βάσιν* explicat per „rhythmi
scansionem atque incessum.” Numerorum (*ῥυθμῶν*) genera sunt
τὸ ἴσον s. *πόδες ἄρτιοι* et *τὸ ἄνισον* s. *πόδες περισσοί*; posterius
genus continet *τὸ διπλάσιον* ($^3/_8$) et *ἡμιόλιον* s. *παιωνικόν*; hinc
de tribus generibus Plato loquitur.

400 A Male Bekk. Ast Stallb. (1858) *τῷ τοιούτῳ λόγῳ* (pro *τῷ τοιούτου
λόγῳ*) e paucis deterr. codd. ediderunt. Sec. Campb. Par. A
praebet *εἴποι μιμήματα*, i. e. propter homoeotel. verba *μι ποῖα
δὲ ποίου βίου* exciderunt. Recte (mutuae pronominum relationis
gratia, cf. Soph. 253 A, B) Herm. Bait. Campb. *ποῖα δὲ ποίου*
pro *ποῖα δ' ὁποίου* c. aliquot codd. deterr. ediderunt. Venetus
B *Π* autem *ὁποίου* exhibet, sic Bkk. Ast Schneider. || Lege
<*τῆς*> *ἄλλης κακίας*. Sequentia me iudice graviter interpolata
et corrupta sunt. Vulgo viri dd. per *ἐνόπλιον* (*ῥυθμὸν*) *creticum*

intelligunt cum Proclo et scholiasta Platonico, quod secus esse
ipsius Platonis verba *ἴσον ἄνω καὶ κάτω τιθέντος* demonstrant.
Cogitandum est de anapaesto, qui dactyli contrarius (⏑ ⏑ — et
— ⏑ ⏑) est. Delenda sunt vocabula *ξύνθετον καὶ δάκτυλον*, quae
e mg. irrepserunt in textum. Quod Proclus illa verba iam
legit, id nihil meo iudicio adversatur: iam diu ante Proclum
textus Platonicus plurimas labes contraxerat, ut vidimus in
359 D ad verba *τῷ Γύγῃ κτλ.* Totum hunc locum sic scriben-
dum iudico:....*ὀνομάζοντος αὐτοῦ καὶ ἡρῷόν γε, οὐκ οἶδα......
τιθέντος*, <*καὶ*> *εἰς βραχύ τι καὶ μακρὸν γιγνόμενον* [*καὶ*] *ὡς
ἐγῷμαι κτλ.* Postrema verba fortasse sic scribenda: *τιθέντος*,
<*καὶ*> *ἐκ* [1]) *βραχέων τε καὶ μακρῶν γιγνόμενον κτλ.* Non tria
rhythmorum genera Plato respicit, sed aliquot tantummodo
enumerat: anapaestum, dactylum (*ἡρῷον*), iambum, trochaeum.
Verba *καὶ εἰς βραχύ τι καὶ μακρὸν γιγνόμενον.... ἴαμβον* (sc.
ὀνομάζοντος) plane cum Horatii dicto „syllaba longa brevi
subiecta vocatur iambus” congruunt. Trochaeus contrarius est
iambi (— ⏑ et ⏑ —), ut Platonis verba declarant *μήκη δὲ*
C (i. e. e contrario) *καὶ βραχύτητας προσῆπτε*. || Post *ἀγωγὰς* dele
voc. *τοῦ ποδός*, cum ap. Platonem *πούς* et *ῥυθμὸς* non discre-
pent. Dein corrige aut *ἢ* [*τοι*] *ξυναμ. τι* aut c. Vind. *Φ ἤ τι
ξυναμ.* [*τι*]; vid. dicta ad 344 E. — Verba *καὶ τούτων τισὶν
οἶμαι τὰς ἀγ. κτλ* Herwerdeno (Mn. 1883) graviter corrupta
videntur, medelam autem non repperit; ego autem textum
sanissimum duco. Optime Baiter c. cod. Malatestiano requirit
καὶ <*τὸ*> *ἀνάρμοστον ὡσαύτως*, vid. dicta ad 334 E. Ad con-
structionem verborum *ταῦτα ἀκολουθητέον* (pro *ταῦτα δεῖ ἀκολου-
θεῖν*) cf. 403 B *οὐ προσοιστέον ἄρα αὕτη ἡ ἡδονή*, Sophist. 223 B
E *θήρα προσρητέον κτλ.* || In sequentibus *ὡς* ante *εὐήθειαν* prorsus
vitiosum est, quamobrem Cobetus (Var. Lect.^{II} et Mn. 1885
p. 251) ci. *καλοῦμεν νῦν* (pro *ὡς*) *εὐήθειαν*, quod recte nemo
recepit; postea Baiteri c^{am} [*ὡς*] *εὐήθειαν* (unus cod. *ὡς* inter
versus habet) idem in Mn. 1878 *recte* probavit coll. Galeno 18. 2.
p. 237 *ὑποκοριζόμενος τὴν καλουμένην εὐήθειαν*. Herwerdenus

[1]) Postquam *ἐκ* in *εἰς* et *μακρῶν* in *μακρὸν* abierat, corrector aliquis ex *βραχέων* fecit *βραχύ*. Itaque minime audax haec coniectura vocanda est.

(Mn. 1891) verba *ὡς εὐήθειαν* delenda censuit, male ni fallor, nam tum *οὕτως* ante *καλοῦμεν* insertum oportuerat.

401 A *Ποικιλία* est ars acu pingendi, cf. 373 A. Quoniam Timaeus
glossam *ποικιλτική· ποικίλον ὕφασμα ἢ ὑφαντικὴ ποικίλων* habet,
Ruhnkenius putavit Platonem aut hic aut 373 A pro *ποικιλία*
ποικιλτικὴ scripsisse. Quum autem *ποικιλία* antiquius verbum
sit quam *ποικιλτική*, mihi Ruhnkenius falsus esse videtur, quae
et Schneideri (Vol. I p. 166) opinio fuit. Nusquam voc. *ποικιλ-*
τικὴ ap. Platonem occurrit. Praeter *ποικιλία* Plato (in Legg.)
etiam voc^{o} *ποίκιλσις* (vid. Polluc. 7, 34 *καὶ τὸ πρᾶγμα ποίκιλσις*
κατὰ Πλάτωνα) usus est. — Par. A^{I} *ἀρυθμία* (non *ἀραθυμία*)
B exhibet, ut paulo ante *ἄρυθμον*. || Puto legendum esse *καὶ ὁ*
μὴ οἷός τε pro *ἢ ὁ μὴ κτλ*, propterea quod verbum prohibendi
C (*διακωλυτέον*) iam praecedit. || Legendum, ni fallor, *ἑκάστης*
<*τῆς*> *ἡμέρας*; haplographia articulus, qui abesse non solet,
intercidit: cf. ex. gr. Isocrat. ad Nicoclen § 2 *καθ' ἑκάστην τὴν*
ἡμέραν, ibid. § 11 idem. — Sec. Campb. Par. A *αὔρα*, non
D *λύρα* (sic. Ven. *Π*) exhibet. || Rückert ad Platon. Symp. p. 48
articulum *ἡ* post *κυριωτάτη* optimo iure (prob. Herwerd. Mn.
1891) revocavit. Deinde lege cum uno cod. *καὶ* <*ἡ*> *ἁρμονία*,
nisi malis arbitrari per crasin artic. c. substantivo coaluisse,
E quod verisimilius est. || Optime Herwerd. (Mn. 1891) correxit
(*παραλειπομένων*) *ἢ* pro *καί*, quia *τὰ παραλειπόμενα* sive *τῶν δημιουρ-*
γηθέντων sive *τῶν φύντων* sunt. — Vulgata *καὶ ὀρθῶς δὴ δ υ σ-*
χ ε ρ α ί ν ω ν τὰ μὲν καλὰ ἐ π α ι ν ο ί η multis vitiosa, immo absurda
visa est. Itaque M. Vermehren (Plat. Stud. 1870) ci. *ὀρθῶς*
δὴ <*χαίρων καὶ*> *δυσχεραίνων* . . . . [*χαίρων καὶ*] [1]) . . . . . pro-
bantibus D. Peipers^{o} (Phil. Anzeiger bd. 3) Bait. Campb., quasi
sic quis unquam locutus sit! Optime vulgata se habet, modo
ad *δυσχεραίνων* mente suppleatur *ἐπὶ τοῖς τοιούτοις* (i. e. *τοῖς*
παραλειπομένοις), ut recte Schneid. vertit („haec aegre ferens").
Participium *δυσχεραίνων* causam declarat *τοῦ ἐπαινεῖν τε καὶ*
ψέγειν, at praecipue *τοῦ ψέγειν*, quamobrem auctor post *ψέγοι*
voc. *ὀρθῶς* iteravit. Recte Stallb. (1829) Herm. Schmelz. c.

[1]) Verba *χαίρων καὶ* omisit Monac. q casu (propter homoeotel.), ut 406 B verba *ὕστερον πολλούς*.

paucis codd. *χαίρων* [*καὶ*] *καταδεχόμενος* [1]) ediderunt. Campbell
propter Aristotelis (Eth. Nicom. II 3, 2 *δεῖ ἦχθαί πως ἐκ νέων,*
ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ) verba
Vermehrenii c^{am} probandam duxit mirifice caecutiens: respexit
enim Aristot. non insulsam illam emendationem, sed ipsam
vulgatam *χαίρων καταδέχεσθαι εἰς τὴν ψυχὴν* et *μισεῖν ἔτι νέος*
ὤν. Membrorum concinnitas requirit ut *τῷ μισεῖν* opponatur *τὸ*
χαίρων καταδέχεσθαι. Adverbium *ὀρθῶς* non ad *δυσχεραίνων* pertinet.
402 A Recte fere omnes editt. c. optimis codd. *καὶ* post *πρὶν* omi-
serunt, quia post verba *ἔτι νέος ὤν* plane abundat. Deinde
redde interpolatori verba *ὁ οὕτω τραφείς*. — In A ult. editt.
inde ab Hermanno pro *οἷς ἐστι* (sic Par. A) ediderunt *οἷς ἔστι*
participium *περιφερόμενα* ad *λανθάνοι* referentes, quo nil ineptius
est. Quidnam verba *ὅτε τὰ στοιχεῖα ὀλίγα ὄντα μὴ λανθάνοι περι-*
φερόμενα ἐν ἅπασιν οἷς ἔστι significent exputare nondum potui.
In errorem ducti sunt viri dd. verbis (in § C) *πανταχοῦ περι-*
φερόμενα, quae prave a *γνωρίζωμεν* pendere putarunt. Platonis
enim sententia haec est: ut litterarum numerus, quamquam
ex iis omnia vocabula sive parva sive magna constant, exiguus
tamen est, sic et virtutum et vitiorum paucae ubivis obviae
species exstant (quas cognitas habere est *μουσικὸν εἶναι*). Itaque
verba *ὀλίγα ὄντα* ad *μὴ λανθάνοι* referenda censeo et *ἐστι* (encli-
tice) scribendum. A Platt (Class. Rev. 1889) ante *οἷς* praepo-
sitionem *ἐν* ultima vocis *ἅπασιν* syllaba absorptam et revocan-
dam esse duxit (contra dicente J. Cook Wilsono in Academy 877),
fortasse recte, cum praepositio ante pron. relativa non semper
omittatur, vid. ex. gr. Phaedon. 76 D, ubi optimi codd. *ἀπόλ-*
λυμεν ἐν ᾧπερ (deterr. *ἐν* omittentibus) exhibent. At vid. Rep.
520 D *ἐν πόλει ᾗ κτλ* et Schaeferi notam ad Sophocl. O. C.
B 749. || Optime Herwerd. (Mn. 1883, 1891) verba *ὡς οὐ δέοι*
αἰσθάνεσθαι eiecit. Mihi non modo frigida, sed etiam vitiosa
videntur: sensus enim negationem *οὐ* minime patitur; etenim
si aliquid *ἀτιμάζομεν*, id facimus *ὡς οὐ δέον αἰσθ.*, sin autem
aliquid *οὐκ ἀτιμάζομεν*, id facimus *ὡς δέον αἰσθ.* sive *ὡς οὐ δέον*
μὴ αἰσθ.. Sine causa Richards (Class. Rev. 1893) pro *δέον*

[1]) Sine causa Ast pro *καταδεχόμενος* requirebat *παραδεχόμενος*.

C requirit δέοι. || Recte, ni fallor, Herwerd. (Mn. 1883) verba
τοὺς φύλακας delenda censuit; cf. ex. gr. 395 D οὐ δὴ ἐπιτρέ-
ψομεν, ὧν φαμεν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐτοὺς κτλ.
403 B Sec. Campb. Par. A^{I} exhibet ὡς ἔοικενο | μοθετὴς εἷς, A^{II} ὡς
ἔοικενόνο | μοθετὴς εἷς. Vides quot errores Par. A^{I} haplographia
commiserit. Mox Herwerd. (Mn. 1883) ci. ὡς πατὴρ ὑέος aut ὥσπερ
<πατὴρ> ὑέος, quae ingeniosa sane est c^{a}, sed plane inutilis
et Platonis sententiam minuens. Paulo post Madvigius (errore
procul dubio) ci. περὶ ὧν τις σπουδάζοι; poterat in mentem
venire περὶ ὃν κτλ (coll. 405 A), at non est causa cur vulgatam
tentemus. V^{am} L σπουδάζει recte receperunt Ast et Richards
(Class. Rev. 1893), quia futurum (νομοθετήσεις), non praeteritum
praecedat. Male Stallbaumius (1858) δόξῃ pro δόξει suasit. —
Mox Herwerdenus (Mn. 1891) ci. μαργότερα τούτῳ (V. L.) ξυγγίγ-
νεσθαι pro μακρότερα τούτων ξ., male; primum illud exquisitum
τούτων [1]), quo constitutus modus indicatur, perit, deinde vis
comparativi μαργότερα absurde declarat licitum esse μάργως
ξυγγίγνεσθαι dum *modus servetur in rebus*. Non infitior magis
usitatum fuisse περαιτέρω, sed per se spectatum μακρότερα ferri
C potest. || Mire Richards (Class. Rev. 1893) dixit „si ὑφέξοντα
sanum pro ὑπέχειν, tum fortasse lege <ὡς> ψόγον κτλ." In
errorem ductus esse videtur loco specie non dissimili in 426 C
ὡς ἀποθανουμένους κτλ, nam dicere eum oportuerat „si ὑφέξοντα
non sanum, tum corrige ὑφέξειν." Accidit nonnunquam ut
infinitivi in -ειν exeuntes in -εν librariorum culpa corripiantur,
deinde a doctis (?) correctoribus in participia mutentur. Vulgata
E tamen defendi potest. || Astii c^{a} μακρολογοῖμεν nobis non opus
est, licet in Par. A littera ῶ in litura sit.
404 A Rectissime Herwerd. (Mn. 1883) legendum censet οὗτοι [οἱ
ἀσκηταί]. Ut supra Plato τούτοις dixit pro τούτοις τοῖς ἀθληταῖς,
sic hic οὗτοι posuit pro οὗτοι οἱ ἀσκηταί. Paulo ante lege μεγάλα
B [καὶ σφόδρα]. || Male Schn. Herm. Bait. Camp. c. Par^{o} A ἁπλῆς
ante μουσικῆς omiserunt. Cum hic locus infra (E ἡ δ' ἁπλότης
κατὰ μὲν μουσικὴν et 410 A τῇ. ἁπλῇ ἐκείνῃ μουσικῇ) respiciatur,
aegre illa voce carere possumus. In Par. A excidit ἁπλῆς

[1]) Τούτων exquisite dictum est pro τούτου sicut 394 D πλείω ἔτι τούτων.

propter homoeoteleuton. Vocabula βελτίστη (i. e. ἁπλῇ) et ἁπλῆς
inter se respondent. Si pro διῇμεν Plato ἐπῃνοῦμεν vel simile
quid scripserat, ἁπλῆς abesse poterat. Sequentia alii aliter
explicant prout interpungunt. Mihi nulla interpretatio placuit,
itaque legendum puto ἁπλῇ που ἡ (pro καὶ) ἐπιεικὴς γυμν. κτλ.
Cum Glauco non intelligeret quomodo optima gymnastica
cognata esset simplici musicae h. e. et ipsa simplex esset,
Socrates id illi explicat. Male Campb. pro subiecto habuit
praegressa ἡ βελτίστη γυμναστική, quia tum scriptum oportuerat
C ἁπλῇ π. κ. ἐ. <τις> γυμναστική κτλ. || Cobeto verba ἐν Ἑλλησ-
πόντῳ eicienti novissimis editt. obtemperandum fuerat. Nihil
refert utrum ἐν Ἑλλησπόντῳ an ἐν Αἰγύπτῳ sint, sed utrum
ἐπὶ θαλάττῃ necne. Praeterea ἐπί, non ἐν opus fuerat. Mox
recte Cobetus (nota ms.) ci. σώματος pro σώματι coll. D. —
Vulgata καὶ ὀρθῶς γε, ἔφη, ἴσασί τε καὶ ἀπέχονται corrupta est,
cum illud γε iam significet ἴσασι. Itaque legendum puto [ἴσασί
D τε καὶ] ἀπέχονται. || Non male Stallb. pro Συρακ. δὲ reposuit
Σ. δή. Verba εἴπερ σοι ταῦτα δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν emendationem
illam flagitant. Illud αἰνεῖς pro ἐπαινεῖς poeticum est, itaque
haec ex aliquo poeta comico desumpta esse videntur Cobeto
(Mn. N. S. III p. 343); pauci codd. deterrimi ἐπαινεῖς exhi-
bent. — R. Ausfeld (Geneth. Gotting. 1888) verba ψέγεις ἄρα......
παντάπασι μὲν οὖν delenda censuit, pessime, ut iam ad 373 A
demonstravi. Socratis verba infra ab Adimanto respiciuntur:
(420 A) ὥστε οὐδ'.... ἐξέσται αὐτοῖς (= φύλαξιν).... ἑταίραις διδόναι.
De athletarum a venere abstinentia cf. Legg. 840 A οὔτε τινὸς
πώποτε γυναικὸς ἥψατο κτλ.
405 A Optime Cobetus (Mn. 1874 p. 280) pro δικανικὴ reposuit
δικαστικὴ coll. sequentibus τῆς δὲ κακῆς τε καὶ αἰσχρᾶς παιδείας
(respicit Plato procul dubio suos cives)..... ἢ τὸ δεῖσθαι ἰατρῶν
καὶ δικαστῶν ἄκρων. Illud σεμνύνονται (i. e. superbiunt) et μηδὲν
δεῖσθαι νυστάζοντος δικαστοῦ luculenter indicat a Platone eosdem
iudices notari qui in Aristophanis Vespis perstringantur. Saepius
vocem δικαστικὴν a librariis male mulcatam esse Cobetus l.l.
ostendit. Verbis ὅταν δὴ καὶ ἐλεύθεροι πολλοὶ..... περὶ αὐτὰ
σπουδάζωσιν respondent in 410 A οἱ δὲ δὴ νέοι.... εὐλαβήσονταί
B σοι δικαστικῆς εἰς χρείαν ἰέναι. || Astii et Faehsii c^{am} [καὶ]

ἀπορίᾳ prob. Stallb.(1858) Bait. Campb. (dub.), non male, modo cum cod. Monac. *οἰκείου* legas. Schneider vulgatam defendit *καὶ* per „idque" vertens, at *τὸ ἐπακτῷ δικαίῳ χρῆσθαι* non nude positum est pro causam apud iudices dicendo, sed illa verba significant hominem incontinentiae atque intemperantiae deditum iustitiam suique dominationem amittere, itaque alienae iustitiae et dominatus indigere, quod *οἰκείου δικαίου ἄπορος* sit. Hermanni c^{am} (*καὶ ἀπορίᾳ οἰκείων*) prob. Schmelzer, male: causa *τοῦ ἐπακτῷ τ. δ. χρῆσθαι* est ipsa *ἀπορία*, itaque absurdum est causam cum effectu adaequare. Madvigii c^{a} *χρῆσθαι* <*δικαίων*> *ἀπορίᾳ οἰκείων* parum elegans est. Cum autem optimi codd. *οἰκείων* h. e. *οἰκείων τῶν δικαίων* exhibeant nec *τὰ δίκαια* idem significare possint ac *τὸ δίκαιον* (sicut *τὰ καλὰ* a *τῷ καλῷ* differunt), nullus dubito quin tria illa vocabula *καὶ ἀπορίᾳ οἰκείων* e mg. irrepserint et interpolator ad *οἰκείων* mente addi voluerit *κριτῶν*. Futile est interpretamentum; quis enim nescit *τὸ χρῆσθαι*
C *ἐπακτῷ τινι* effici *ἀπορίᾳ οἰκείου*? || Par. A et cod. Malatest. *λυγιζόμενος* pro *λογιζ.* tradunt. Mox Herwerdenus (Mn. 1891) postulat *ὑποσχεῖν* pro *παρασχεῖν*, sine causa: ut dicitur *παρέχειν γέλωτα* et *πάσχειν γελοῖα*, sic optime dici potest *παρέχειν δίκην* et *πάσχειν τὰ δίκαια*. Verba *ὥστε ..... δίκην* fortasse insiticia sunt. Recte Stephanus V. L. *περιπεσόντων* probavit, non enim solent
D morbi anniversarii *ἐπιπίπτειν, ἐπισκήπτειν, irruere.* || Recte Par^{1} A *ἐμπιμπλαμένους* pro *ἐμπιπλαμένους* multi editt. receperunt; utinam ubique probam formam pro corrupta substituere auderent! — Putat Fr. Poschenrieder „die Platon. dialoge in ihrem verhältnisse zu den Hippokratischen schriften, Landshut. Progr. abhandl. der Studienanstalt Metten, 1882" verbis *φύσας τε καὶ κατάρρους* respectum Hippocratis librum *περὶ φυσῶν* (i. e. de
E flatibus). || Recte fere omnes editt. statuunt Platonem memoriae lapsu Eurypyli nomen huc intulisse. An vero verba *οὐδὲ Πατρόκλῳ τῷ ἰωμένῳ ἐπετίμησαν* genuina sint valde cum Astio dubito. Primum aut legendum [*Πατρ.*] *τῷ ἰωμένῳ* aut *Πατρ.* [*τῷ*] *ἰωμένῳ*, deinde *ἐπετίμησαν* languet post *ἐμέμψαντο*, tum Eurypyli curatio a Patroclo *οὐδὲν ἄτοπον* habebat neque ab Aesculapii filiis, qui ipsi hac sanandi ratione utebantur (cf. 408 A *ὅτι καὶ τῷ Μενέλεῳ κτλ*), vituperari poterat, postremo modum curationis

a Platone additum oportuerat. Delenda igitur censeo verba *οὐδὲ Πατρ. κτλ*, sed servandum Eurypyli nomen ab Astio temere sollicitatum.

406 A Fortasse c. uno cod. legendum <*οἱ*> *Ἀσκληπιάδαι* sive
B *Ἀσκληπιάδαι*. || Malim *ἔπειθ' ὕστερον ἄλλους κτλ*. Videtur in archetypo *ἄλλους* primum excidisse, deinde in malam sedem insertum fuisse. De dicendi figura quae *σχῆμα ἐκ παραλλήλου* dicta est, vid. Schanzium in ipsius Comm. Plat. Novis (1871)
D p. 12. || Optimorum codd. lect. *μικρὰν* (pro *μακρὰν*) *δίαιταν* prob. Bkk. Schn. Bait., male: opifices breve tempus praescripta diaeta uti non recusare demonstrant verba in E in. *καὶ χαίρειν εἰπὼν τῷ τοιούτῳ ἰατρῷ εἰς τὴν εἰωθυῖαν δίαιταν ἐμβὰς κτλ.*

407 A Phocylidis versus erat (Bergk. I fr. 10 p. 359) *δίζησθαι βιοτήν, ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος ἀσκεῖν*, sec. Schneiderum (Neue Jbb. f. Phil. und Paedag. Archiv 18 p. 508) autem *δίζησθαι*
B *βιοτήν, ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος ἤδη*. || Non male Groen v. Prinsterer (Pros. Plat.) ci. *ἢ* <*ἡ*> *νοσοτροφία κτλ*, itaque verisimile est partic. disiunctivam *ἢ* haplographia in fere omnibus codd. excidisse. E paucis codd. recipe *παρακέλευσμα* pro *παρακέλευμα*. — In Par^{o} A verba *σχεδόν γέ τι ..... σώματος* Socrati tribuuntur, contra rationem. Stallbaumius (1829) omnia inde a *ναὶ μὰ τὸν Δία* usque ad *οὐκοῦν* (in § C) Glauconi tribuit deletis (c. Ven. *Π*) verbis *εἰκός γ', ἔφη*, *male*, nam verba *τὸ δὲ δὴ μέγιστον* unice Socratem decent. Recte igitur Baiteri distributionem *Glauc. Ναὶ μὰ τὸν ..... δύσκολος. Socr. Τὸ δὲ δὴ .... σώματος. Glauc. Εἰκός κτλ* receperunt Schneid. Stallb. (1850) [1]) Herm. Schmelz. Campbell. — Post vehementem Glauconis affirmationem (*ναὶ μὰ τὸν Δία κτλ*) iterato *γε* non opus est, itaque corrigendum censeo aut *σχεδόν* [*γέ*] *τι* (aliquot codd. c. Galeno *σχεδόν τί γε* tradunt) aut *ἤ* [*ΓΕ*] *ΠΕραιτέρω κτλ*. — Verba *ἐν πόλει*, quae Galenus post *ἀρχὰς* habet, mihi spuria videntur et misere languent: quis enim *extra urbem πορευομένας ἀρχὰς* voca-
E bat *ἑδραίους*? | Fortasse scribendum *καθεστώσῃ* pro *καθεστηκυίᾳ* coll. nota dictione *ἡ καθεστῶσα ἡλικία*; cf. Rep. 428 E *προεστῶτι*, 452 B *ἐν τῷ παρεστῶτι*, Criton. 43 B *τῇ παρεστώσῃ ξυμφορᾷ*,

[1]) Stallb. (1858) etiam verba *καὶ γὰρ .... δύσκολος* Socrati tribuit.

alia, quae satis ostendunt Platonem forma -ἑστώς, non -ἑστηκώς
in compositis verbi ἑστάναι uti solitum fuisse. — Variam L
αὑτῷ pro αὐτῷ receperunt Bkk. Herm. Stallb. (1858) Bait.
Campb., recte; non enim opinor licet hic — alia ratio est
427 A ἀνωφελῆ — λυσιτελῆ pro accusat. plur. neut. habere. —
Vulgatam δῆλον, ἦν δ' ἐγώ · καὶ κτλ recte omnes editt. (excep-
tis [1]) Bkk. Ast. Schneid. Stallb. 1858) servarunt. Saupii c^{a} δῆλοι,
ἦν δ' ἐγώ, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ὅτι τοιοῦτος ἦν vix defendi [2])
potest loco e Critone (44 D) allato. Incidit mihi aliquando
suspicio verba ὅτι τοιοῦτος ἦν in mg. adscripta esse ad δῆλον.
Madvigii c^{a} inelegans est. Richards denique (Class. Rev. 1893)
transposuit δῆλον, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι τοιοῦτος ἦν· καὶ οἱ παῖδες κτλ.
408 B Herwerdeno (Mn. 1883) corrigenti νοσώδεις δὲ φύσει τε καὶ
ἀκολασίᾳ paucos assensuros esse puto, cum transitio a numero
sing. (νοσώδη) ad pluralem (αὐτοῖς, sic recte Herm. Bait. Campb.)
nihil insoliti habeat; cf. ex. gr. 411 C ἀκρόχολοι οὖν ἀντὶ θυμοει-
δοῦς γεγενῆνται. Optime vero idem vir d. (l. l.) in verbis οὐδὲ
θεραπευτέον αὐτοὺς futile interpretamentum agnovit. — Mox
recte Herm. Bait. Campb. τραγῳδιοποιοὶ c. uno Vind. Φ edide-
runt. Sexcenties (iam in Voll. Herculan.) vox a librariis cor-
rupta est, vel apud poetas, ex. gr. Arist. Thesm. 30. Semper
τραγῳδιο- et κωμῳδιοποιὸς scribendum est, sed sine ι vocabula
cognata τραγῳδο- et κωμῳδοδιδάσκαλος, quia ὁ τραγῳδοδιδάσκαλος
est ὁ τραγῳδοὺς διδάσκων, verum ὁ τραγῳδιοποιὸς est ὁ τραγῳδίας
C ποιῶν. ¦ Cum paucis deterr. codd. legendum πειCόμεθα (sic
Bkk. Ast) pro πειΘόμεθα, quia φήσομεν sequitur. In § D in.
praestat cum maxima codd. parte μάλιστα pro μάλα scribere.
409 A Par^{1} A lect. κρίνειν prob. Schn. Herm. Bait. Campbell.
Parum refert utrum scribamus. Richards (Class. Rev. 1893)
D mavult κρινεῖν. || Mire Richards (l. l.) ci. παιδευομένη pro παι-
δευομένης. In § E corrigendum puto κατὰ <τὴν> πόλιν, vid.
dicta ad 412 C.
410 A Recte Astius c. Stobaeo dedit κατὰ <τὸ> σῶμα; praecedit

---

[1]) Interpolatos codd. secuti sunt.

[2]) Subiectum enim sententiae verbo ὅτι incipientis idem esse solet quod sententiae primariae.

εὐφυεῖς τὰ σώματα. Idem mox cum eodem κακοφυεῖς <τε> καὶ
ἀνιάτους, male, nam vertendum est „et omnino insanabiles."
In proximis Richards (Class. Rev. 1893) iniuria αὐτAI pro
αὐτOI (ἀποκτ.) requirit: scriptor constructione ad synesin usus
est. In § ult. transpone ταὐτὰ ταῦτα ἴχνη, de quo mendorum
B genere vide dicta ad 406 B (ἄλλους ὕστερον πολλούς). ¦ Verba
ὁ μουσικὸς (Campbell vertit „our student of music") mihi
insiticia videntur, quia non de musicorum educatione sermo
est, sed de custodum. Subiectum verbi αἱρήσει est ὁ νέος. —
Bene Astius e paucis codd. et Galeno recepit γε ante μήν,
cum Galeni lectiones minime spernendae sint. Hoc loco γε μὴν
argumentationi aptius est quam simplex μήν. In Politia usus
τοῦ γε μήν valde restrictus est. Galenus ἐκεῖν' ἐπεγείρων ex-
hibet, at vide in 411 D ἐγειρόμενον. Hermannum e Galeno
μεταχειρίζονται pro μεταχειριεῖται reponentem recte secutus est
C Schmelzer, nam vulgata invenustam tautologiam gignit. || Op-
time Madvigius (prob. Baitero) correxit καθίστασαν. Sequens
ἵνα mendum peperisse videtur. Astius ci. θεραπεύωνται, male,
quia οἱ καθιστάντες significat „qui instituerunt." Fortasse legen-
dum est τίνος δὴ pro τίνος δέ. Δὴ est mirantis, ut supra πῶς
E δή; || Editores qui Par^{1} A auctoritatem secuti ἂν post μαλα-
κώτερον omiserunt, post ἔχοι φύσις comma posuerunt. Sine neces-
sitate Astius ci. δεῖν δέ γ' ἔφαμεν. Praesens bene se habet,
quia iam ante (375 C) constituerant φύλακι opus esse utraque
hac natura.
411 A Iure Cobetus delens verba καὶ καταχεῖν Heusdii c^{am} καταντλεῖν
probavit, cum in vulgata duae imagines contorte et ridicule
mixtae sint. E sequentibus ὅταν δ' ἐπιχέων μὴ ἀνίῃ, ἀλλὰ κήλῃ
lucide patet καταυλεῖν a Platone scribi non potuisse, cum τὸ
κήλειν (quod idem est ac τὸ καταυλεῖν) noxium sit, non τὸ μετρίως
καταντλεῖν. Fortasse tamen καταντλεῖν (coll. 344 D, Lys. 204 D)
iusto gravius est, itaque καταχεῖν (ut ap. Lucian. Icarom. 5)
genuinum, sed καταυλεῖν glossema est (videntur saltem Plutarch.
II p. 713 A et Themist. Or. 22 p. 265 B καταχεῖν legisse).
De verbis διὰ τῶν ὤτων ὥσπερ [διὰ dele] χώνης cf. Arist. Thesm.
18 δίκην δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο et Ed. Hillerum in Fleck.
B Jbb. 1874 p. 173 sq. „zu Aristoph. und Plato." Lege νυνδή. ||

Morgensternii c^{am} *ἐπιχέων* (Demetrius § 51 *καταχέων* tradidit)
prob. Herwerd. (Mn. 1883), recte, itaque inchoata imago con-
tinuatur. Quae Richards (Class. Rev. 1893) excogitavit (*ὅταν δὲ
παρέχων μὴ ἀνίῃ, ἀλλὰ διατελῇ, τὸ κτλ*) valde frigent. Doctissimo
Bywatero (Journ. of Philol. 1881) delenti *καὶ λείβει* nemo,
C opinor, assensurus est: non redolet vox interpretatorem. || Her-
werdenus (Mn. 1883) scribit se exspectasse *ῥιπιζόμενον* pro
ἐρεθιζόμενον, textum autem mutare refugit. Valde ingeniosa est
illa c^{a} necnon probanda. — Ast Bkk. Stallb.(1858) Schmelz.
ex Veneto *Π ἀκράχολοι* (sic et scholiasta) scribunt, quod pro-
bandum, cum forma Ionica sit *ἀκρήχολος*. Mox recte Ast Bkk.
Bait. *ἔμπλεῳ* ediderunt. Lege *ἐμπίμπλαται*, vid. dicta ad 405 D.
Pro *τί δαί*; (*ἐπειδὰν κτλ*) Astius Bait. Heller (Cur. crit. p. 48)
D Campb. recte *τί δέ* ediderunt; vide ad 343 A. || Sec. Campb.
E Par. A et Ven. *Π* praebent *οὔτε* (non *οὐ*) *ζητήματος*. || Verbum
διαπράττεται diu viros dd. exercuit. Verum vidit Herm. (prob.
unis Madvigio Bait.) molestam vocem expungens. Hermanni
c^{am} spernentes alii alia excogitarunt. R. J. Lambrechts (De
Platonis sententia de animi libertate. 1858) ci. *θηρίον τὰ πάντα
διαπράττεται* (coll. Gorg. 451 D); Bywater (Journ. of Philol.
1881) *πρὸς* delevit; Chandler (Miscellaneous emendations and
suggestions) ci. *προσδιαπράττεται πάντα*!!; Madvig denique ci.
διατάττεται (quae est V. L.). — Mox Herwerdenus (Mn. 1890
p. 111) *ἀχαριτίας* poscit. Legendum puto *ἐπὶ τό* <*τε*> *θυμοειδές* [1]
et *ἐπὶ ψυχήν* <*τε*> *καί*. Optimorum codd. lect. *εἰ μὴ εἰ πάρεργον*
recte receperunt Herm. Bait. Campb.
412 A V^{am} L <*τοῦ*> *τοιούτου τινὸς* receperunt Schn. Herm. Stallb.
(1858) Baiter Campb., male: articulus (ex dittographia natus)
C hic ferri nequit. || Lege *φυλακικωτάτους* <*τῆς*> *πόλεως*. *Ἡ πόλις*
D est urbs, quam condunt, *πόλις* autem est quaelibet urbs. ||
Fortasse corrigendum *μάλιστα τοῦ* (pro *τούτου*) *ὃ τυγχάνοι φιλῶν*
coll. 433 B, 442 C, 462 B in. *ἢ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ ὃ ἂν κτλ*. —
Recte Herm. (prob. Baitero Schmelz. Campb.) verba *ὅταν
μάλιστα* (quae Baiter e superioribus (*τοῦτ*)*ΟΓΑΝ ΜΑΛΙCΤΑ*
orta esse suspicatur) expunxit: pronomini relativo nullus locus

[1]) Sive *ἐπὶ τὸ θυμ.* <*τε*> *καὶ τὸ κτλ.*

(quamobrem et J. Richteri — Fleck. Jbb. 1867 — *καὶ ὅθεν
μάλιστα* coniectura improbanda est) neque *οἴηται*, sed *οἴοιτο*
optim. codd. lectio est. Stobaei lectio *ὅτι μάλιστα* correctio esse
E videtur. || Optime Cobetus participium *ἐπιλανθανόμενοι*, quod
frigide *παρέλκει*, eiecit. Heller (Fleck. Jbb. 1875 bd. 111) autem
acute suspicatus iam hic tres illos *ἐκβολῆς* modos, qui infra
(413 A *κλαπέντες ἢ γοητευθέντες κτλ*) enumerantur, respici ci.
<*μήτε*> *ἐπιλανθανόμενοι*. At verisimilius est Platonem scripsisse
<*μήτε κλεπτόμενοι*> *ἐκβάλλουσιν*, quibus verbis infra inverso
ordine respondent *κλαπέντες ἢ κτλ*. Itaque *ἐπιλανθανόμενοι* (coll.
413 B in.) glossa esse videtur vocis *κλεπτόμενοι*.
413 A Recte fere omnes editt. recentes (prob. Hellero Cur. Crit.
p. 40) *τί δαί* servarunt. Astio verba *ἢ οὐ τὸ τὰ ὄντα δοξάζειν
ἀληθεύειν* expungenti plane assentior, quod argumentationem
turbant. In § in. (ubi de *δόξῃ ἀληθεῖ* ut de re nota mentio fit)
non quid esset *ἀληθὴς δόξα* ignorare se Glauco dixerat, sed
B quid *ἀκουσίως* significaret. || Corrigendum esse arbitror *ἐπιλα-
θομένους*. Etsi optimi codd. *τοὺς μὴν γοητευθέντας* (omisso *γε*
post *τοὺς*) exhibent, vocula aegre caremus. Vid. 465 B ult. *τά
C γε μὴν κτλ*. Et 410 B *γε* excidisse videtur, item 443 A. || Recte
plerique editt. *τοῦ παρ' αὐτοῖς* (pro *αὐτοῖς*) *δόγματος* ediderunt.
Verba *τοῦτο ὡς ποιητέον* [1]) . . . . . . *εἶναι* delenda censuit Gaisford
(Stob. Flor. 43, 152) et Cobetus („Plato iam bis multo melio-
ribus verbis dixerat idem 412 D E"), non reputantes sic sen-
tentiam nescioquid obscuri habere. Iniuria Cobetus illis verbis
offensus est, infra in § E *οἷος δὴ ἂν ὢν κτλ* idem iterum dicitur.
Itaque recte editt. non paruerunt probantibus Hellero (Cur. Crit.
p. 23) et Meinekio (Stob. Flor. l. l.). Quae autem verba post
εἶναι optimi codd. addunt (*αὐτοῖς ποιεῖν*), male soli Herm. et
Bait. receperunt: est foedum scholion. Mire Herm. *αὐτοὺς ποιεῖν*
D coniecit (probante Schmelzero). || Editores praeter Stallbaumium
e fere omnibus codd. *τούτοις γοητείας* pro *τοῦ τῆς γ.* optime
receperunt. Herwerdeno sequens *θεατέον* circumscribenti assen-
tior: aut interpretamentum est ad proximum *τηρητέον* aut ex
E *θετέον* (V. L.), quo aliquis *ποιητέον* explicare voluit, ortum est. ||

[1]) Ven. *Ξ* exhib. *ὡς ποιητέον τοῦτο.*

Optime Hirschigius (ed. Gorg. 1873) correxit *οἷος δὴ [ἂν]*
ὢν ...... <*ἂν* (V. L.)> *εἴη*. Prius *ΑΝ* ex *ΔΗ* dittographia
natum est. Simul corrige <*τῇ*> *πόλει* et mox *καὶ* <*ἐν*> (i. e.
κἀν) *νεανίσκοις*. Dici potest *ἐν παισί τε καὶ νεανίσκοις καὶ ἀνδράσι*
(*ἐν* ante *ἀνδράσι* om. Stobaeus), non id quod vulgatur.
414 A Richards (Class. Rev. 1893) probe intelligens vulgatam con-
tortum sensum praebere cum Benedicto ci. *λαγχάνοντι* pro
λαγχάνοντα. At sic nil lucramur. Corrigendum est *καὶ τιμὰς*
δοτέον [καὶ] ζῶντι καὶ τελευτήσαντι τάφων τε ..... [λαγχάνοντα].
Me offendit minus casuum mutatio quam membrorum inaequa-
B litas. || Bait. et Campb. male *οὓς δὴ νῦν* et paulo post *ὧν*
δὴ νῦν servarunt. Utrobique c. multis codd. Bkk. et Schneider
restituendum esse *νυνδὴ* (i. e. *ἄρτι*) recte censuerunt. Sexcen-
ties (in codd.) adverbium *νυνδὴ* librarii modo mutilant *δὴ*
omittendo modo invertunt. Transponendum puto *γενναῖον ἕν τι*
C *κτλ*. || Herwerd. (Mn. 1883) ci. *οὐδ' οἶδ' ἂν εἰ γενόμενον* elegan-
tissime: notum est pro *οὐκ οἶδα εἰ ἂν* volgo dici *οὐκ οἶδ' ἂν*
D *εἰ* sive *οὐκ ἂν οἶδ' εἰ* (cf. Tim. 26 B). || Mox idem vir doctus
(l.l.) ci. *ἢ* <*ὁ*>*ποίοις λόγοις*, quo non opus. — Recte Richards
(Class. Rev. 1893) colon post *ἐρῶ* sustulit ut coordinarentur
ἐρῶ et *ἐπιχειρήσω*; cf. supra *τίς ἂν οὖν ἡμῖν .... μηχανὴ γένοιτο ....*
πεῖσαι. In § ult. dele *δημιουργουμένη* [1]), quod post *πλαττόμενοι*
abundat. Paulo ante recte Herwerdenus (Mn. 1883) [*ὑπὸ*] *γῆς*
ἐντὸς aut *ὑπὸ γῆς* [*ἐντός*] legendum censuit. Prius mihi arridet.
E Vide simile interpretamentum in 427 C. || Optime Astius (prob.
Stallb. Bait.) *καὶ* post *ἦσαν* delevit. Male Herm. (et Schmelzer)
ὡς pro *καὶ* substituit. Campbell acriter *καὶ* defendit vertens „and
when they were ready, even then the Earth sent them fort."
415 A Verba *οἱ ἐν τῇ πόλει*, quae abesse malo, sunt vocativus.
Mox lege [*ὡς*] *φήσομεν*, cf. ex. gr. 366 A *ἀλλ' ὦ φίλε φήσει λογι-*
B *ζόμενος κτλ*, 455 B, 479 A, alia. || Pro *ἐξ ἀργύρου* (sic *recte* Ast
c. aliquot codd.) male recentes omnes editt. (ne Stallb. 1858
quidem excepto) ediderunt *ἐξ ἀργυροῦ*. Etiam in § C optimorum
codd. lectio *ὁ σίδηρος ἢ ὁ χαλκὸς φυλάξῃ* a librariis corrupta
est. Praegressum *χρυσοῦ* librarios in errorem induxit. Velim

[1]) Codd. praeterea praebent *δημιουργούμενα*, — *μένου*, — *μενοι*.

viri docti secum reputent utrum sit pulcrius enuntiatum
ἐξ ἀργύρου (i. e. *ἐξ ἀργυροῦ γένους*) *χρυσοῦν ἔκγονον γεννηθείη*
ἂν an *ἐξ ἀργυροῦ ἐκγόνου χρυσοῦν ἔκγονον* (nam qui putant
C ad *ἀργυροῦ* mente *γένους* suppleri posse egregie falluntur). ||
Corrige *φύῃ*. In proximis vereor ut Richards[1] (Class.
Rev. 1893) c[a] *τιμήσαντες* <*κατ' ἀξίαν*> *ἀνάξουσι* vel (dub.)
<*ἀντι*>*τιμήσαντες ἀν*. necessaria sit. *Τιμᾶν* hic significat „in
pretio habere", sicut saepe *τιμὴ* valet „pretium". Campbell
vertit „having estimated their values", paulo ante *τὴν ....*
τιμὴν interpretatus „office or occupation." Aoristo *διαφθαρῆναι*
offendi nos non oportet: post *χρῆν, χρησμός, λόγιον* (responsum)
aoristum usitatum esse docuit Madvig in Advers. Criticis con-
ferens v. c. Thucyd. III 96, Arist. Vesp. 160. In § D in.
scribe *μεντἄν*.
416 A Non male Herwerd. (Mn. 1883) verba *διαφέρειν ἐκείνου* delevit.
Totus hic locus interpolatus est. In sequentibus dele verba
καὶ οὕτω, quae adiecisse aliquis videtur non intelligens post
τοιοῦτος saepe *ὥστε* sequi. — Madvigio proximum *κακουργεῖν*
eliminanti optime assensi sunt soli Cobetus et Herwerdenus,
licet contra dixerint J. Vahlen (Hermes 1876), Liebhold (Fleck.
Jbb. 1888 bd. 137), Richards (Class. Rev. 1893, dub. coniciens
κακουργοῦντας) putantes scilicet nonnunquam *ἐπ' ἀγαθῷ τὸ*
ἐπιχειρεῖν τινι fieri. In 517 C corrigendum puto *ἐπιχειρεῖν* [*μίγ-*
B *νυσθαι*]. Paulo ante lege *αὐτοὺς* [*τοὺς κύνας*]. || Stephanus (prob.
Astio) requirebat *τοιοῦτόν* <*τι*>, optime; praestat autem cor-
rigere <*τὸ*> *τοιοῦτον ἡμῖν κτλ*; vid. dicta ad 331 C. Parum
venuste J. Richter (Fleck. Jbb. 1867) ci. *μὴ τοιοῦτοι .... ποιη-*
θῶσι. Vulgata se optime habet. Astium *παρεσκ. ἂν εἶμεν* pro
C *π. ἀ. εἶεν* requirentem recte Schneider refutavit. || Optime
Cobetus correxit *ἥτις μήτε τοῦ* (pro *τοὺς*): primum Attice *παύειν*
c. participio construi solet, deinde in vulgata pron. *αὐτοὺς*
abundat (quod iam Astius sentiens *αὐτούς τε κακουργεῖν μὴ*
ἐπαροῖ coniecerat). Par. A exhibet *ἐπάρῃ* i. e. *ἐπαρεῖ*. Recte
Bkk. et Cobet e paucis codd. *παύσει* et *ἐπαρεῖ* scribunt. Stobaei
lect. *ἀναγκάσει* pro *εἶναι παύσοι* lucide demonstrat in archetypo
futurum (*παύσει*) adfuisse. Stobaeus exhibet *ἐπαίρει*. In eadem
sententia Herm. et Stallb. (1858) Par[1] A lect. *παρασκευάσασθαι*

male probarunt; verisimile est eam lectionem dittographia
D ortam esse. || Herwerd. (Mn. 1883) post ἂν omissionem verbi
ᾖ aegre ferens ci. ἢν μὴ (Stobaeus ἢν pro ἂν exhib.), quod probandum — vide infra *μηδενὶ εἶναι μηδὲν τοιοῦτον εἰς ὃ οὐ πᾶς κτλ* — propter elegantiam, non propter necessitatem, quia *εἴη* et ᾖ non semel ap. Platonem omittuntur. Vid. ex. gr. 371 A *ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία.* De verbis omissis vide Schanzii Comm. Plat. Novas (1871). Facillime autem fieri potuit ut post *ἀνάγκη* vocula ᾖ haplographia interciderit, sicut etiam in 371 A ante *Κενός*
E littera *H* (= ᾖ) excidisse alicui videri potest. || Verba *χρυσοῦ κτήσει* post *θνητοῦ* delenda sunt, non modo quia abundant, sed quia *χρυσίου* dicendum erat. — Dobraeus (Advers. 1830) Stephani (*non* codd.) lectionem *παρὰ* (pro *περὶ*) *τὸ τῶν πολλῶν* non improbabat („mala ab auro fluxisse") egregie falsus. Audaci metaphora Plato in 417 in. illud aurum divinum *νόμισμα* appellans custodum virtutes intelligi voluit.

417 A Doctissimus O. Apelt (Gymn. Jahresb. Weimar 1880 „Observat. critic. in Platonis Dialogos") ci. *ὑπὸ τὸν αὑτῶν ὄροφον προσιέναι* („sub tecto suo recipere") coll. Xenoph. Anab. 4. 5. 5 *οἱ πάλαι ἥκοντες οὐ προσίεσαν πρὸς τὸ πῦρ τοὺς ὀψίζοντας*, *male* ni fallor, quia tum post *τὸ μεταχειρίζεσθαι καὶ ἅπτεσθαι* tautologia nascitur. *Αὑτῶν* iam Faehse (Syllog. lect. p. 176) coniecerat; in Par° A *αὑτῶν* fuisse videtur ante lituram. In § B dele verba *καὶ μᾶλλον*, vide dicta ad 396 D.

LIBER QUARTUS.

Steph. Pag.

419 A Vulgata *καὶ ταῦτα δι' ἑαυτοὺς* iam a Stephano sollicitata fuit, iniuria: *δι' αὑτοὺς* significat „sua ipsorum gratia," nam custodes luxuria fruentes i. e. laxiorem vitam degentes degenerant i. e. sibi ipsi nocent, itaque cum leni risu haec dicta sunt; pronomen *ὧν* igitur ad *τούτους τοὺς ἄνδρας* relatum oportuerat. Astius vertens *sua ipsorum culpa* fallitur, nam custodum conditionem *νομοθέτης* (Socrates) constituerat (vide Schneiderum). Buttmannus (improbante Hellero Cur. crit. p. 23) ci. *δὴ αὑτοὺς ὧν κτλ*, Herwerdenus autem (Mn. 1891) suspicatus (in Monac. q *δι'* inter versus est) in archetypo fuisse *ταῦτα αὑτοὺς* (*δι'* supra) *ὧν* coniecit *ταῦτα αὑτοὺς δι' ὧν*, pessime; attende enim sensum: haud felices efficis hos viros, quum tamen ipsi sint qui, licet (= *μὲν*, ea enim est h. l. vis particularum *μὲν — δὲ*) civitatis domini sint, nihil boni ex ea percipiunt. — Vulgatam *οἷον* <*οἱ*> *ἄλλοι* Bekk. et Stallb. recte servarunt. Respiciuntur sive *ἄρχοντες* et custodes aliarum urbium (ut infra 420 A *ὥσπερ οἱ ἄλλοι*) sive reliqui cives, qui etiamsi non omnes divites sunt, possessiones acquirere non prohibentur (vide E. v. Voorthuysen De Platonis doctrina de communione bonorum etc. 1850 Ultraj.). Propter Schneiderum moneo participia *κεκτημένοι, οἰκοδομούμενοι* etc ad *ἄλλοι* referenda esse. Obiter corrige *νυνδὴ* i. e. *ἄρτι.* — Mox Badhamus (Phaedri praef.) ci. *ἐπίκουροι* [*μισθωτοὶ*], recte puto, cum Platonis aetate mercenarii vocarentur *ἐπίκουροι* s. *μισθωτοὶ* nec dubium sit quin Adimantus de mercenariis cogitet, non de sociis opem ferentibus civitati amicae.

420 A Cobetus (nota ms.) recte correxit *ἐπίσιτοι* pro *ἐπισίτιοι*, cf. *παράσιτος, ἄσιτος, εὔσιτος, κακόσιτος, φιλόσιτος*. Verisimile est *ἐπίσιτος* antiquius voc. esse quam *ἐπισίτιος*. Suidas *ἐπίσιτος* explicat *ὁ τροφῆς χάριν ἐργαζόμενος* neque aliter scholiastes Platonicus. Apud Pollucem 6. 123 occurrit inter scurrae (*κόλακος*) epitheta etiam *κύων ἐπίσιτος* (sive *ἐπισίτιος*). E Cratete Athenaeus (6. p. 247 E) citat haecce: *ποιμαίνει δ' ἐπίσιτον*. Hesychius in voce *ἐπισίτιος* exhibet. — Non male Herwerdenus (Mn. 1883) vocem *ἀναλίσκουσι* delendam censuit. Mox recte fere omnes
C editt. interpunxerunt *τί οὖν δὴ ἀπολογησόμεθα, φῄς*; || Parum refert utrum ante *ὀλίγους* (c. Herm. Campb.) interpungamus annon (sic melius Schneid. Bait. Herwerd. Mn. 1891), quia omnino necesse est *ὀλίγους*, cui *ὅλην* oppositum sit, ad *τιθέντες* referri. Verbum *ἀπολαβόντες* absolute adhibitum est ut in Gorg. 495 E ult. — Vocem *ἀνδριὰς* h. l. iam veteres (recte?) de figura picta, non de signo intellexerunt (cf. Antiattic. Bkk. p. 82. 11 *ἀνδριάς· καὶ ἐπὶ γραφῇ. Πλάτων Πολιτείᾳ*; Lex. rhet. Bkk. p. 211. 14 *ἀνδριάντα· τὸν χαλκοῦν ἢ τὸν λίθινον ἢ καὶ τὴν γραφήν*), item Schaefer (Melet. p. 102). Plerique autem de statuis coloribus exornandis cogitandum esse censuerunt, vide i. a. J. H. SCHU-
E BART in Fleck. Jbb. 1874 „Polychromie der antiken kunst." || Par[1] A lectionem *ἐπιδέξια* probarunt Ast Bkk. Herm. Stallb. (1858) Bait. Campb. praeeunte Casaubono. Adverbium ad *κατακλίναντες* pertinet.

421 A Verba *εἰ μὲν* (hoc *μὲν* in Vind. *Φ* punctis notatum, in Monac. *q* omissum) *οὖν ἡμεῖς μὲν* corrupta esse iam multi lucide demonstrarunt, cum *εἰ* ferri nequeat nec verba *εἰ μὲν οὖν* elliptice dici potuerint pro *εἰ μὲν οὖν ταῦθ' οὕτως ἔχει*. Astii c^{am} [*εἰ μὲν*] *ἡμεῖς μὲν οὖν κτλ* (fieri enim potuit ut verba *ἡμεῖς μὲν οὖν* a librario bis scripta aliquis correxerit in eum modum, quo nunc vulgo editur) non improbarem, nisi verum mihi videretur reperisse Herwerd. (Mn. 1883) valde ingeniose coniciens *ἣ* (pro *εἰ*) *μὲν οὖν ἡμεῖς* <*λέγο*>*μεν, φύλακας κτλ*, qua c^{a} sequentia *ὁ δ' ἐκεῖνο λέγων* habent, cui respondeant. Nec sequentia mendo carent; Astio *καὶ* ante *ὥσπερ* expungenti assentio, quoniam sententia est haec: *ὁ δ' ἐκεῖνο* (sc. *οὐ προσήκουσαν εὐδαιμονίαν πᾶσιν τοῖς πολίταις προσάπτειν δεῖν*) *λέγων οὐ γεωργοὺς*

γεωργοὺς οὐδὲ κεραμέας κεραμέας ποιεῖ (quod ex *ποιοῦμεν* mente supplendum), *ἀλλά τινας ὥσπερ κτλ*. Verba *ἄλλο ἄν τι ἢ πόλιν λέγοι* mihi spuria esse videntur et nota marginalis ad *ἀλλ' οὐκ ἐν πόλει*, post quae plane frigent, etiamsi liceret (quod sensus vetat) verba *γεωργούς τινας ὥσπερ ..... εὐδαίμονας* pro scriptoris interpretatione vocis *ἐκεῖνο* habere. Madvigii c^{am} *ἑστιάτορας, εὔδαιμον[ας] ἄλλο ἄν τι κτλ* (sic Baiter) recte Richards (Class. Rev. 1893) refutavit, ipse (prave si quid video) coniciens *εἰ* [*μὲν*] *οὖν ἡμεῖς ..... λέγων ἀργούς* (pro *γεωργούς*) *τινας καὶ ὥσπερ ...... εὐδαίμονας, ἄλλο δή* (pro *ἄν*) *τι ἢ πόλιν λέγει*. Vox *εὐδαίμονας* respectu 420 D E non sine leni risu addita, quod non sentientes èt Ruhnkenius (nota ms. in ipsius Platonis exemplari Lugd. B. asservato) èt Wyttenbachius coniecerunt *ἑστ*. <*καὶ* (V. L.)>
C *δαιτυμόνας*. || Dubito an *καλῶς* ante *οἰκιζομένης* genuinum sit; meliorem certe sententiam nanciscemur, si *οὕτω* etiam cum
D *οἰκιζομένης* coniunxerimus. || Dele verba *ὥστε καὶ κακοὺς γίγνεσθαι*. Annotaverat aliquis in mg. *ὥστε κακοὺς γίγνεσθαι*, quasi non omnis *διαφθορὰ* homines et res vitiet. Illud *καὶ* (quod Campb. *πάσῃ τέχνῃ* explicare conatur) dittographia ortum est. — Mox corrigendum *ἔτ' ἐθελήσειν*, vide ad 391 A. Post pauca verbum *παρέχεσθαι* insolitam vim hic habet „sibi parandi," quamobrem Cobetus vocem delevit, Herwerd. autem (Mn. 1891) ci. *πορίζεσθαι*; posterius opinor probabilius est. *Παρέχεσθαι* significat „de suo praebere", „to produce by one's own inherent power"
E (Campb.), itaque huc minime quadrat. || Pro *διδάξεται* Cobetus, W. H. Thompson (Journ. of Phil. XII p. 184), K. G. P. Schwartz (Mn. 1885 p. 84) recte correxerunt *διδάξει*, licet J. Richter (Fleck. Jbb. 1867) et Campb. mordicus vulgatam defenderint, ille Menex. 238 B comparans, hic Arist. Nub. 783 (*οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι*), qui locus iam dudum multis (vid. Theod. Kockii Nub. ed.) mendosus visus est. In § ult. coll. D lege c. aliquot codd., Eusebio, Stobaeo <*τὰ*> *ποῖα ταῦτα*; articulus haplographia excidit.

422 A Optimis codd. *ποιοῦντος* (pro *ἐμποιοῦντος* sic Eus. Stob.) praebentibus Bkk. et Stallb. non obtemperarunt, recte, cf. 424 A, 444 C; at paulo ante iisdem codd. *τε* post *τρυφὴν* omittentibus
B male fere omnes editt. paruerunt, vide dicta ad 329 A. || Cum

C paucis codd. Ast (coll. 341 E) rectissime *ἐπὶ τούτῳ* legit. || Par^{o} A *πλέους* exhibenti male recentes editt. obtemperarunt, vid. ad 330 A. Nihil ineptius cogitari potest quam in talibus scripturis Platoni inconstantiam tribuere. — Plerique codd. exh. *τριπλασίοις αὑτῶν*, quod non improbare videtur Heller Cur. Crit. p. 23; at *αὑτῶν* hic necessarium esse sicut *αὐτὸς αὑτοῦ* apud
E comparativos recte fere omnes editt. iudicarunt. || Verba *ἑκάστη γὰρ αὐτῶν ...... παιζόντων* editt. alii aliter explicaverunt; quid ipse sentiam, id tantum dicam. E Suidae (s. v. *πόλις*) et Eustathii (ad Odyss. I p. 29, 13 sqq. ed. Lips.) verbis colligo fuisse *εἶδός τι παιδιᾶς* sive *κυβείας* (vid. Schol. Platon. *πεττευτικῆς παιδιᾶς*) appellatum *πόλιν*, in quo ludo ludentes tabula divisa in *χώρας*, quae *πόλεις* (quamobrem ludus vocabatur *πόλεις παίζειν*; calculi sive *ψῆφοι* vocabantur *κύνες*) nominarentur, uti solitos esse, *itaque ludentibus dicere licitum fuisse* *π ό λ ι ν* *habere* *π ό λ ε ι ς*. Videtur inde *παροιμία* nata esse *πόλεις παίζομεν*, qua indicarent id, de quo confabularentur, non unum totum esse, sed constare e multis partibus homonymis. Ideo verba *τὸ τῶν παιζόντων*[1]) vertenda censeo „ut ludentes dicunt", non ut Ficinus[2]) fecit „ut more iocantium loquar", quia proverbium erat *πόλεις παίζομεν*, non *πόλις εἰσὶ πόλεις πάμπολλαι*. Ubicumque enim apud Platonem formula *τὸ τῶν παιζόντων* significat *τὸ λεγόμενον*, proverbium vel dictio proverbialis immutatis verbis addita est, cf. Rep. 573 C *τὸ τῶν παιζόντων τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς*, Legg. 780 C *ποιοῦν τὸν νομοθέτην, τὸ τῶν παιζόντων, εἰς πῦρ ξαίνειν κτλ.* Quae si recte disputavi, iure probanda est Herwerdeni (Mn. 1883) verba *ἀλλ' οὐ πόλις* exsulare iubentis emendatio. Campbell duas explicationes dedit, quarum unam tantum utpote nondum prolatam memorabo: „may either mean (I) ‚as people jestingly say' in allusion to some saying *οὐ πόλις ἀλλὰ πόλεις* (or *πολεῖς*, the Epic plural of *πολύς* — ‚not a city but a many'), the exact application of which has not been preserved to us, or (II) ‚as in game' etc." — Post *δύο*

---

[1]) Nescio an hanc locutionem tractaverit E. Grünwald „Sprichwörter und sprichwörtl. Redensarten bei Plato. 1893."

[2]) Probantibus Schneidero et J. A. Stewart (Class. Rev. 1893 p. 359).

μὲν Venetus *Π* c. multis aliis codd. *γὰρ* addit (prob. Bkk. Schneid. Stallb. 1858), at omissa coniunctio orationem alacriorem reddit. Fere omnium codd. lectionem *ἀλλήλαις* prob. Herm. Bait. Campb., quod sane melius quam *ἀλλήλαιν* (forma mendosa pro *ἀλλήλοιν*).

423 A Unius cod. lect. *δοκεῖν* pro *εὐδοκιμεῖν* recte Ast et Stallb. servarunt. Etiam Platonis civitas *εὐδοκίμησιν* non spernet, modo merita sit. Videtur aliquis ad *δοκεῖν* annotasse *εὐδοκιμεῖν* (sc. *δοκεῖν*), deinde ut saepius factum est, genuina vox interpretamento pulsa esse. *Τὸ ὡς ἀληθῶς μεγίστην εἶναι* uni *τῷ τῷ δοκεῖν*
D *μ. εἶναι* opponi potest. || Legendum esse puto *πρὸς τοῦτο* (i. e. secundum id) [*ἕνα*] *πρὸς ἓν ἕκαστον ἔργον δεῖ κομίζειν* aut *πρὸς τοῦτο ἕνα πρὸς ἓν* [*ἕκαστον*] *ἔργον κτλ*, cum vulgata ridicule significet non licere plures uno ad unumquodque artificium *κομίζειν*, itaque ex. gr. unum tantum sutorem, unum agricolam etc. in Platonica civitate futurum esse. Mox recte Naber (Comm.
E Plat. I 1862) vocem *Ἀδείμαντε* expunxit, vid dicta ad 354 A. || Vulgata *καὶ γάμων κτλ* necessario corrupta est: (I^{o}) opus erat <*τὴν*> *γάμων*, (II°) voc. *κτῆσιν* ad *γάμων* et *παιδοποιίας* mente suppleri nequit (Campb: „these genit. depends upon some word of more general meaning supplied from *κτῆσιν*), (III°) *ἡ κτῆσις ἡ τῶν γυναικῶν* significat[1]) *τὸ γαμεῖν*, itaque plane illa verba *καὶ γάμων* abundant. Has ob causas vulgatam non sanam puto et hunc in modum corrigendam: *τήν τε τῶν γυναικῶν κτῆσιν* [*καὶ γάμων*] *καὶ* <*τὰς*> *παιδοποιίας*[2]) *κτλ.*, cf. 449 C *περὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων*, 450 C *ἡ κοινωνία ..... παίδων τε πέρι καὶ γυναικῶν*, quibus locis respiciuntur ea, quae nostro loco dixit. Richards (Class. Rev. 1893) pro *γάμων* requirebat *γάμους*, optime si non *ἡ τῶν γυν. κτῆσις* praecederet.

424 A Optimi codd. exhibent *κοινὰ τὰ φίλων* (prob. Bkk. Herm. ceteris editt.), quod non minus ineptum quam Stallb^{i} *κοινὰ τῶν φίλων*. Insiticia enim, si qua alia, sunt verba *τὰ φίλων*, cum manifesto Socrates dicat haec: *ταῦτα πάντα* (sc. *αἱ γυναῖκες*

---

[1]) Sic in 451 C in verbis *παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρεία* vox *κτῆσις τὸ γαμεῖν* significat, at voc. *χρεία σημαίνει τὴν κοινωνίαν τῶν γυναικῶν*, cf. 466 C.

[2]) Acc. plur. nil insoliti habet. In 459 A *παιδοποιίαις* legitur.

κτλ) δεῖ κατὰ τὴν παροιμίαν (sc. κοινὰ τὰ φίλων, cf. Lysid. 207 C) κοινὰ (sc. πάντων τῶν πολιτῶν, non φίλων tantum, cum ἐχθροὶ in Platonica civitate non adsint) ποιεῖσθαι. Adscripserat aliquis ad κοινὰ in mg. τὰ φίλων, deinde librarii verba in textum intulerunt. V^{a} L τῶν φίλων est vulgatam emendare conantis. — Herwerdeno (Mn. 1891) conicienti κύκλος <ἐν ὕδατι> assentiri nequeo; etenim de rota (τροχῷ) s. de circulo, quo pueri ludunt, cogitandum est. Recte Campb. „the word αὐξανομένη is not be pressed into the comparison. A hoop or wheel, when once started well, goes on smootly." Coll. hoc loco, 425 A, 492 A, aliis verisimile est Platonem etiam 423 B *non* αὐξομένη, sed αὐξανομένη (sic Ven. *Π*) scripsisse, itaque in passivo forma
B αὐξαν— usum esse. || Iam Stobaeus ἐπιφρονέουσ' exhib. (Par. A ἐπιφρονέουσιὐ), itaque rectissime Bkk. et Baiter (qui male τὴν ad versum traxit) verba ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπιφρονέουσ' ἄνθρωποι a verborum serie separarunt. De voc^{o} ἐπιφρονέουσ' vid. ad
C 390 A. || Legendum puto aut τῶν μεγίστων <μεταβολῶν> aut (quod mihi maxime arridet) πολιτικῶν <μεταβολῶν> [νόμων]
D τῶν μεγ. aut πολ. νόμων <μεταβολῶν> τῶν μεγ. || Par. A exhibet αὐτὴ (λανθάνει) cum Stobaeo. Madvigio ταύτῃ *dubitanter* conicienti unus Baiter obsecutus est, optime (cf. 425 A εὐνομίαν διὰ τῆς μουσικῆς); iam sedes indicat αὕτη ab auctore proficisci non potuisse (παραδυομένη sc. εἰς τὴν πόλιν, cuius ἀκρόπολις, quod vocabulum in 560 B eodem sensu usurpatum est atque hic φυλακτήριον, est ἡ μουσική) nec τὴν τῶν μουσικῆς τρόπων μεταβολὴν possumus παρανομίαν appellare. — Corrigendum arbitror οὐδὲν γὰρ ἐργάζεται aut (quod mihi magis placet) ἄλλο γέ τι coll.
E 427 A. || Legendum censeo νόμους καὶ πολιτείαν coll. 427 A; in archetypo scriptum erat *ΠΟΛΙΤΕΙΆCΥΝ*, quod a librariis mutatum in *ΠΟΛΙΤΕΙΑCCΥΝ*.

425 A Post πάντα haplographia τὰ ante ποῖα excidit. Venetus *Π*
B κείνοις, non ἐκείνοις exhibet. || Pro ὡς πρέπει Richards (Class. Rev. 1893) ci. οἷς πρέπει (i. e. παρ' οἷς πρέπει), quasi non coram *omnibus* τοὺς νέους silere deceat. De vi vocis κατάκλισις adhuc ambigitur; cum vero κατὰ nunquam idem atque ἀπὸ valere possit nec vocabulum corruptum esse videatur, Schneideri interpretatio (quam Campb. probat „assisting elders to a seat")

„auxilium senioribus accubituris vel decubituris a iunioribus praestandum esse" probabilior est quam Astii, cui κατακλίσεις idem sunt atque ἀποκλίσεις. In „Additamentis ad X Lib. Civit." Schneider addit „possis etiam de observantia cogitare, qua venientem vel stantem ut considere velit, invitamus." Valckenaer (in ipsius schedis Lugd. B. asservatis, de quibus vide Cobetum in Mn. 1860 p. 352) ci. κατεκκλίσεις vel ἐκκλίσεις, Herwerdenus autem (Mn. 1891) propter Aristotelis locum consimilem (Eth. Nic. 9. 2. 9 ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει) putat et Platonem scripsisse ὡς (V. L.) πρέπει, καὶ ὑπαναστάσεις καὶ κατακλίσεις, ita ut dictum esset pro ὑποκατακλίσεις (quod hic satis ambiguum est). Pauci opinor has c^{as} probaturi sunt et a Schneideri interpretatione decedere volent. — Mox c. Stobaeo lege κουράς τε pro κ. γε; particula γε hic plane incommoda. Quo modo Plato particulis τε καὶ—καὶ in enumerationibus uti soleat, ad 329 A declaravi. Post θεραπείας novum genus τῶν σμικρῶν νομίμων incipit. — Optimorum codd. lect. ἐκ τῆς παιδείας ὅποι (prob. Bkk. Schn. Herm. ceteri editores) explicari potest sic: ἐκ τῆς παιδείας εἶναι τὰ ἑπόμενα τοιαῦτα οἷος ἂν ὁ σκοπὸς τῆς παιδείας ᾖ. Schneiderum vertentem „quo conversum fuerit cuiusque educandi initium, talia esse etc" omnino fugit verba ἐκ τῆς παιδείας non ad ὁρμήσῃ pertinere, sed utique cum τοιαῦτα τὰ ἑπόμενα εἶναι iungenda esse. V^{am} L ὅπῃ male Ast et Stallb. (1829) probarunt, cuius c^{a} ὁποῖος propter ὁρμήσῃ ferri nequit ob eandemque causam Helleri (Cur. crit. p. 18) c^{a} ὁποῖ' (= ὅπῃ) reicienda. Dobraei (prob. Herwerd. Mn. 1883) c^{a} ὁποίας ἂν κτλ —
C i. e. ἐξ ὁποίας — elegantissima est, sed minime necessaria. || Non male complures codd. τὸ ὅμοιον [ὂν] exhibent, praeterea corrige ὅμοιόν <τι> παρακαλεῖ. Sec. Campb. Par. A τὸ ὅμοιον ὄν, *non* τὸ ὅμοιον superscripto ὄν exhibet. — Astius postulabat τί γὰρ οὔ pro τ. γ. οὐκ; cum autem formula τί δέ; ante ἔφη et similia elisionem patiatur, verisimile est Atticos etiam pro τί γὰρ οὔ ante vocalem hiatus vitandi causa scribere solitos fuisse τ. γ. οὔκ. — Pronomen τάδε cum Par^{o} A aliisque codd. omiserunt soli Herm. Bait. Schmelzer. Mihi τάδε *casu* in Par^{o} A excidisse videtur, itaque recte Campbell vocem servavit coll. 403 E τῶνδε τῶν ἀσκητῶν. Optime autem Herwerd.

(Mn. 1883) voc. *ἀγοραῖα* expunxit ne verba *κατ' ἀγορὰν* abun-
darent; totum locum idem sic constituit: *τί δέ...... τάδε; τὰ
ξυμβολαίων τε πέρι* <*ἃ*> [1]) *κατ' ἀγορὰν ἕκαστοι* [*ἃ*] *πρὸς κτλ*,
quod pauci ni fallor probabunt. Me iudice Plato sic scripsit:
*τί δέ, ὦ πρὸς θεῶν; ἔφην· τάδε τὰ ξυμβ. τε πέρι ἃ κατ' ἀγορὰν....
(εἰ δὲ βούλει καὶ χειροτεχνικῶν* [*πέρι*] *ξυμβ.*) *καὶ κτλ.* Namque *ἐν
παρενθέσει* posita sunt *εἰ δὲ βούλει καὶ χειροτεχνικῶν ξυμβ.*, quia con-
D struendum *ξυμβ. τε πέρι.... καὶ λοιδοριῶν κτλ.* || Lege *αἰκείας*,
vid. Dawes Miscell. Crit. p. 311. — Soli Herm. et Schmelzer
variam lectionem a Stephano vulgatam *λήξεις* et *καταστάσεις*
probarunt; genitivus *omnino* requiritur. Recte omnes editt.
praeter Baiterum (qui contulit Tim. 64 E, at illic „omnino",
non „in universum" significat) deterr. codd. lectionem *τὸ πάρα-
E παν* pro *τὸ πάμπαν* receperunt. || Cobeto *διατελοῦσιν* recte cor-
rigenti nemo paruit, nam in orthographia plerique editt. intel-
ligendo faciunt ut nil intelligant.

426 A Non inepte H. Wolfius ci. *πλήν γε* <*ὅτι*> *ποικιλώτερα*; potuit
enim *ὅτι* in scriptura unciali (*ΓΟΤΙΠΟΙ.*) facillime excidere.
Postquam *τι* ante *π* exidit, *O* factum est Є. Rescribe *ἐμπιμπλά-
B μενος*, vid. ad 405 D. || Recte duo codd. (ex coniectura?)
C praebent *τοιοῦτόν* <*τι*> *ποιῇ*. || Parisinus A^{I} sec. Schneiderum
in „Additamentis" exhibet *δεινως* sine accentu; vide ad 399 C.
Richards (Class. Rev. 1893) ci. *οὗτος* <*ὡς*> *ἄρα ἀγαθὸς κτλ*,
D male, cum sic vis particulae *ἄρα* pereat. | Recte Ast et Stallb.
(1829) e paucis codd. *ἐθέλοντας* ediderunt; vid. ad 391 A. Post
E *τοὺC* facile littera Є excidere potuit. || Optimorum codd. lec-
tionem *οὐκ αὖ* (pro *οὐκ ἂν*) probarunt Herm. et Campb. („mente
suppleas *οἴομαι*"). Equidem puto Platonem scripsisse *οὔκουν*,
ἔφη, τοῦτό γε (sc. *οἴομαι*). Paulo post corrige sis *νυνδή*.

427 A Non male complures codd. *ἄλλο γέ τι* exhibent pro *ἄλλο τί γε*.
Mox corrige *νόμων* <*τε*> *πέρι καὶ κτλ.* Recte, opinor, Stallb.
B (1829) ci. *τὰ δὲ* [*ὅτι*] *αὐτόματα.* || Corrigendum puto *τά γε
μέγιστα καὶ κτλ*, vid. ad 334 E (post *μέντοι* saepe *γε* additur) et
mox *καὶ* <*αἱ*> *ἄλλαι* usu notissimo. Articulus *αἱ* haplographia
periit. Recte omnes editt. (Campb^{o} excepto) post *τελευτησάντων*

---

[1]) **Hanc transpositionem, qua omnino opus, iam Stephanus desideraverat.**

voculam *τε* ex uno Veneto *Ξ* (coll. Phaedr. 230 B) addiderunt,
nam duo illa *τε* inter se respondent. — Corrige (cf. ex. gr.
420 B) *τὴν πόλιν*, vid. dicta ad 412 C. Articuli tam saepe ante
litteram *π* excidere poterant, quia tantum *T* cum nota tachy-
C graphica in papyris antiquis scribebatur. || Veneti *Π* lect. *πατρῴῳ*
unus (nam Stallb. 1858 *πατρίῳ* edidit) Astius acriter defendit,
at Platonica respublica non Atheniensis, sed Graeca civitas est,
praeterea sequentia *πάτριος ἐξηγητὴς* paene clamant *πατρίῳ*
requiri; videatur Schneideri annotatio. Herwerdeno foedum
interpretamentum *ἐν μέσῳ* delenti prorsus assentior; vid. simile
D emblema in 414 D. || Pro *πότερον* Herwerd. (Mn. 1883) ci. *ποτέραν*,
quo non opus, cf. ex. gr. 434 C *ἐκείνου* i. e. *τῆς ἀδικίας*, 445 B
ἐπειδήπερ ἐφάνη γε ὄντα ἑκάτερα κτλ.

428 A Male Steph. et Ast dederunt *ἄλλο τι* pro *ἄλλο ἔτι*, quia *ἄλλος*
h. l. significat „diversus a." Potuerat auctor scribere *ἄλλο ἔτι
τοῦ ὑπολειφθέντος*. *Ἦν* idem hic valet atque *ἐστίν*. Campbell cft
497 C *δηλώσει ὅτι τοῦτο μὲν τῷ ὄντι θεῖον ἦν.* Praesertim post
ἄρα huiusmodi imperfecta adhibentur, cf. Arist. Aves *οὐ σὺ
μόνος ἄρ' ἦσθ' ἔποψ, ἀλλὰ χοὖτος ἕτερος.* — Vulgata *ἐν αὐτῷ*
me male habet, cum nec *ἐν τῇ πόλει* significare possit neque
„hac in re" (i. e. *ἐν τούτῳ*), itaque legendum censeo *ἐν αὐτοῖς*,
cf. supra 427 E *ὅ τι ἂν αὐτῶν εὕρωμεν κτλ.* Puto vocis *αὐτοIC*
duas extremas litteras ante sequens *K* excidisse, deinde *αὐτο*
in *αὐτῷ* a correctore mutatum esse. Porro corrige *κατάδηλος*,
nam *τὸ κατάδηλον εἶναι* nullo modo proprietas aliqua *τῆς σοφίας*
ut *τὸ χρήσιμον εἶναι* vocari potest; praegressum *πρῶτον* librarium
C in errorem duxit. || Heindorfio *βουλευομένην* corrigenti recte
paruerunt soli Ast Stallb. Baiter. In sequentibus enim ad *τὴν
ὑπὲρ τῶν ἐκ τοῦ χαλκοῦ* et *τὴν ὑπὲρ τοῦ καρποῦ κτλ* necessario
βουλευομένην cogitandum; cf. in § ult. *ἐπιστήμη, ἣ..... βουλεύεται.*
Ante *βουλευομένην* dele voc. *ἐπιστήμην.* — V^{am} L *ἣ..... ἑαυτῆς*
(Par. A sec. Campb. exhib. *αὑτῆς, non ἑαυτῆς*) probarunt Herm.
Schmelz. Campb., ineptissime, nam *ἡ φυλακικὴ* degenerat si
D *ὑπὲρ αὑτῆς* tantum *βουλεύεται.* || V^{am} L *ἄριστ' ἂν* pro *ἄριστα*
prob. Ast (1814) Stallb. Bait., optime, vide supra in § C *ὡς
ἂν ἔχοι βέλτιστα.* Ast praeterea ci. *ὅντιν' ἂν τρόπον.* Lege *νυνδή.* —
Par. A sec. Campb. exhibet *τελέους*, non *τελέως*. Unus Baiter

τελέως servavit. Optimorum codd. lect. πότερον [οὖν], ἦν δ' ἐγώ
probavit unus Baiter Campbellio in notis non adversante, optime.
Ex eo enim quod urbs σοφὴ appellanda est, non efficitur φύ-
E λακας εἶναι ἐλάττους τῶν χαλκέων. || Dele verba καὶ μέρει, nam
ἔθνος iam significat „partem," cf. 420 B 421 C 466 A; Platonica
civitas in ἔθνη s. γένη divisa est. Noli eis credere, qui putant
Platonem vocibus insolito modo adhibitis addidisse voc[a] vul-
garia explicationis gratia. Nugantur. Mox corrige εἴη <ἡ>
κατὰ φύσιν.

429 A Par[i] A lect. ἔμοιγ' οὖν pro ἐμοὶ γοῦν Baiter recepit, male.
Herwerdeno (Mn. 1883) in vicinia corrigenti αὖ τίς τε καὶ ἐν
ᾧ (τῷ?) κεῖται assentiri nequeo, praesertim cum vulgata se bene
habeat et praecedat αὐτό τε καὶ ὅπου .... ἵδρυται. Construendum
ἀνδρεία καὶ αὐτὴ οὐ χαλεπὴ γνῶναι (ex ἰδεῖν sumendum) καὶ τὸ
B „ἐν ᾧ κεῖται" οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. || Verba τε καὶ στρατεύεται utpote
C interpretamentum delenda puto. || Herm. (prob. Baitero) verba
αὐτὴν σωτηρίαν circumscripsit. H. Jackson (Journ. of Philol.
1872) ci. αὖ τὴν σωτηρίαν. Mihi textus sanissimus videtur, modo
V. L. τῷ (pro τὸ) cum Bkk°, Astio, Stallb°(1858) recipiatur.
Non intelligo quis verba αὐτὴν σωτηρίαν addere potuerit. Pro-
nomen αὐτὴν significat nimirum τὴν ἀνδρείαν. Fortasse corri-
gendum <διὰ> τὸ ἕν τε κτλ et in archetypo fuit *CΩTHPIĀΔTO*.
Pronomen αὐτὴν post διασώζεσθαι indicat τὴν δόξαν τὴν περὶ
D τῶν δεινῶν. || Herwerdeno (Mn. 1883) corrigenti [ὥστ' εἶναι]
ἁλουργά plane assentior; totus hic locus emblematis foedatus
est. Iam Schneider monuit θεραπεύσαντες corruptum esse, requiri
enim θεραπεύοντες. Mihi vox spuria videtur, quia plane abundat,
nam προπαρασκευάζειν idem est ac προθεραπεύειν (in § E). Prae-
E terea vox παρασκευῇ unice ad προπαρασκευάζουσι convenit. ||
Optime Herwerdenus (Mn. 1883) verba τὸ βαφέν, quae Schneid.
et Campb. πάνυ σοφιστικῶς defendunt, eiecit. Pro ταῦτα idem (l. l.)
requirit τοῦτο („refertur ad μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν"), at
facillime ἔρια mente supplere possis. Pro γελοῖα Stallb.(1858)
dubitanter ci. ἀγελαῖα, quod mihi non placet. Γελοῖος h. l. non
ineptus (sic Ast), sed *ridiculus* significat. Corrige <τὸ> τοιοῦτον
τοίνυν κτλ.

430 A Herwerd. (Mn. 1883) ci. ἐκπλύνοι, sicut γίγνοιτο imperfectum

est, recte puto. Optimorum codd. lect. est χαλεστραίου (sic
Moeris p. 147 Pierson), at scholiastes (χαλάστρα πόλις κτλ), Plin.
H. N. 31, 10, 5 (Chalastricum — sc. nitrum —), Stobaeus, Timaeus
(Lex. p. 272) vocem per ᾱ scribunt. Recentes editt. omnes per
B ε̄ scripserunt. || Propter parenthesin (παντὸς χαλαστραίου κτλ)
verba λύπη τε κτλ anacoluthice articulo carent. Valde dubito
an genuinum sit voc. κονίας (quod mire παρέλκει), licet iam
scholiastes et Pollux κονίας in exemplaribus suis invenerint.
Sequentia παντὸς ἄλλου ῥύμματος Badham (Phaedri praef.) eiecit
iure probantibus Baitero et Herwerdeno (l. l.): et eorum sedes
et eorum explicatio maxime incommoda. Stobaei plerique codd.
μονίμου pro νομίμου exhibent, male, vid. infra 433 C δόξης
ἐννόμου. In ultima quoque hac § Stephanus et Dobraeus (Advers.
Crit.) μόνιμον (sic Stobaei aliquot codd.) pro νόμιμον require-
bant. Obiter corrige δεινῶν <τε> πέρι καὶ μή. — Herwerdeno
mox legenti τὴν [ὀρθὴν] δόξαν plane assentior ne Glaucon
ἑαυτῷ τἀναντία λέγῃ; etiam in praegressis (429 C τὴν — sc.
σωτηρίαν — τῆς δόξης τῆς ὑπὸ νόμου διὰ τῆς παιδείας γεγονυίας)
adjectivum ὀρθῆς non additum est. Iam v. d. Montijn lect.
ὀρθὴν improbaverat, male tamen V. L. αὐτὴν cum Ficino reci-
piendam duxerat. Liebhold (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) ci. τὴν
ὀρθὴν δόξαν <δοξάζειν> et paulo post τὴν δ ἐ (pro τε), inepte.
Utique corrige τὴν δόξαν <τὴν> περὶ κτλ. et καὶ <τὴν> ἀν-
δραποδώδη (aut τὴν θηρ. τε καὶ ἀνδ.) vel potius τήν γε θηριώδη
καὶ ἀνδ. Dubitanter propono δοκεῖς γάρ μοι <αὖ> τὴν δόξαν
C τὴν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ....., τήν γε θηριώδη κτλ. || Optime
Cobetus (nota ms.) correxit ζητοῦμεν (sic iam V. L) pro ἐζητοῦ-
D μεν. || Corrige ζητοῦμεν, <ἡ> δικαιοσύνη. Richards (Class. Rev.
1893) ci. αὐτὸ [πρότερον] φανῆναι, at recte Campb. verba explicat
„I do not want iustice to appear first, at least, if that is to
E prevent us from proceeding to examine temperance." || Verba
κόσμος πού τις ..... ἴχνη αὐτῆς λέγεται valde editores torserunt.
Optimorum codd. lectio est φαίνονται. In Parisino A autem voca-
bulum punctis notatum est (φαίνονται) et in mg. a m. s. adscrip-
tum γρ. λέγοντες. Illud φαίνονται corruptum esse inter omnes
constat. Quid ipse sentiam primum dicam. Particula πού me
iudice hoc loco significat „procul dubio" (minime enim cum

irrisione Socrates loquitur), itaque verisimile est scriptorem causam huius dicti addidisse. Quae cum causa in praegressis non appareat, consentaneum est eam in sequentibus latere. Mihi igitur videtur Plato sic scripsisse: *ὥς φασι κρείττω δὴ αὑτοῦ φαίνεσθαι* [1]) (sc. *τινα*) *οὐκ οἶδ' κτλ* i. e. „*videtur temperantia esse* κ ό σ μ ο ς τ ι ς κ α ὶ ἐ π ι θ. ἐ γ κ ρ., *quoniam homines dicunt se ipso fortiorem praebere etc.*" Fere omnes editt. (Stallb. Schn. Herm. Schmelz. Campb.) voce *φαίνονται* deleta *λέγοντες* receperunt; cum autem *ὥς φασι* vertant per „ut dicunt", neminem fugiet sic particip. *λέγοντες* et in aere suspensum esse et plane abundare. Veteres editores post *φασι* plene interpungebant neque aliter sine dubio Dobraeus (Advers. Crit. 1830) pro *φαίνονται* coniciens *φασίν τινα*, ad quam coniecturam proxime accedit Badhami (Phaedri ed.) *φαμεν* pro *φαίνονται* emendantis. Madvigius (prob. Baitero et Schanzio in libro „Ueber den Plato-Codex etc 1877") ci. *φαίνοντα* (neut. plur.) pro *φαίνονται* speciosius quam verius ut demonstravit Richards (Class. Rev. 1893), nam vim particulae *που* vir doctissimus plane sprevit et duriorem ellipsin admisit; poeticum denique mihi *φαίνοντα* pro *ποιοῦντα* s. *ἀπεργαζόμενα* s. *παρέχοντα* videtur [2]). Praeterea Stallb. et Madvigius verba *ἄλλα ἄττα .... λέγεται* adiuncta esse putarunt ad *κόσμος καὶ ἐγκράτεια*, male si quid video, nam manifesto Plato dicit proverbialia eiusmodi dicta quale *αὑτοῦ κρείττων φαίνεσθαι* esse *ὥσπερ ἴχνη* [3]) temperantiae notionis. Doctissimus O. Apelt (Gymn. Jahresb. Weimar. 1880) item Madvigii c^{am} improbans putat vocem *φαίνονται* a quodam additam esse voculae *δὴ* explicandae causa, sed verba *κρείττω δὴ αὑτοῦ λέγοντες ...... τρόπον* per exegesin a scriptore addita esse ad verba *ἐγκράτεια ὥς φασι*. Credat Iudaeus Apella! Richards denique (l. l.) pro *φαίνονται* legit *ἀποφαίνοντες*. Pro *λέγεται* Hermannus (prob. uno Schmelz.) correxit *φαίνεται*, sine ulla causa. Totum locum sic scribendum puto: *κόσμος πού τις ..... ἐγκράτεια, ὥς φασι κρείττω δὴ αὑτοῦ φαίνεσθαι, οὐκ .... τρόπον, καὶ ἄλλ' ἄττα ......*

---

[1]) Fortasse *φαίνεσθαι* e mg. irrepsit.
[2]) Cf. Soph. Aiac. 1362 *ἡμᾶς σὺ δειλοὺς ....., φανεῖς*.
[3]) Ad *ἴχνη* cf. 365 D in.

λέγεται. Multi autem editt. mirati sunt ad *φαίνονται* V. L. *λέγοντες* adscriptam esse nec sine causa id fecerunt. Equidem, cum praeter *λέγεται* in codd. *λέγονται* reperiatur, puto in archetypo illud *λέγοντες* in mg. ad *λέγεται* vel potius ad *λέγονται* (et 521 C *λέγονται* et *λέγοντες* confusa sunt) pertinuisse.

431 A Fortasse corrigendum *τοῦτο δὴ* (pro *δὲ*) *ὡς ἐν ὀνείδει κτλ.* Astius pro *ἔνι* (sic et scholiastes) malebat *ἐστὶ*, non opus, cf.
C ex. gr. Theaet. 150 B ult., alia. || H. Wolfius (nescio an ipse excogitaverit [1]), quod addidit *κάλλιστα ἴδ.* 433 D) optime correxit *ἐν παισὶ* (pro *ἐν πᾶσι*) probantibus Herm. Stallb. (1858) Bait. Hellero (Cur. Crit.) Campbellio. Simile vitium et in 494 B De Geer et Astius correxerant. — Baiter (contra dicente Schneidero) probe intelligens *ἐπιτεύξει* cum accusativo construi non posse, eiecit verbum *ἐπιτεύξει*, recte puto; leniorem sane medelam suasit Herwerd. (Mn. 1883) corrigendo *ταῖς δέ γε ἁπλαῖς τ. κ. μετρίαις*, at ipsum *ἐπιτυγχάνειν* sensu *τοῦ ἐντυγχάνειν*
D perraro ap. Platonem occurrit, cf. Astii Lex. Platonicum. || Utique corrige *ὑπό γε τῶν* pro *ὑπό τε κτλ*; si *τε* servandum, lege <*ὑπὸ*> *τῆς φρονήσεως* aut *ὑπὸ τῶν* <*τε*> *ἐπιθ. κτλ.* — Recte mox Steph. Ast (1814) e Stobaeo et Ven^{o} Ξ *καὶ* ante *ταύτην προσρητέον* delerunt; in § E demum recte legitur κ α ὶ *ἐν ταύτῃ*. E Stobaeo corrige <*τοῖς*> *ἀρχομένοις*, vid. dicta ad 334 E.

432 A Mire Campb. ad *δι' ὅλης* mente supplet *τῆς λύρας*. Mox recte Cobetus (Mn. 1876 p. 444) ci. *εἰ δέ* [*βούλει*], *ἰσχύϊ κτλ* coll. Euthyd. 285 C, de Legg. 688 A, Sympos. 212 C. In Gorg. 472 A B bis *βούλῃ* exterminandum censeo. Corrigendum puto *ταύτην* [*τὴν ὁμόνοιαν*] *σωφροσύνην κτλ.*, ut *ταύτην* dictum sit pro *τοῦτο*. E Stobaeo restitue artic. *τῇ* ante *πόλει* in § ult. In § B
C lege <*ἡ*> *πόλις*. || Par. A et Monac. q *φράσεις* exhibent probantibus Stallb. (ed. Goth.) et Astio, optime. V^{am} L *μοι* pro *ἐμοὶ* (*φράσεις*) recte Astius in notis commendavit. — Fere omnes codd. (praeter Par. A) praebent *πάνυ* [*μοι*] *μετρίως* recte probantibus Bekkero et Stallb. (1858). Puto *μοι*, quod ineleganter repetitum, e prima syllaba vocis *ΜЄΤΡΙΩϹ* natum esse. Richards (Class. Rev. 1893) ci. *πάνυ μοι μετρίῳ χρήσει*. *Ἔπου*

---

[1]) Vide enim dicta ad 349 A.

<οὖν> κτλ. Illud μετρίῳ pravum est (nam μετρίως valet idem ac καλῶς), at οὖν post ἔπου excidisse non male suspicatus est. Idem mox l.l. verba ἔστι γοῦν...... δυσδιερεύνητος ut interpretamentum delenda censuit, at sic pulcherrimo chiasmo careremus: quia locus densus (ἐπίσκιος) est, hoc ipso est obscurus, quia invius est, aegre perscrutandus est, itaque non exputo qui ea verba abundent. Hunc locum Themist. Or. XXI p. 254 D
D respexit. || Phrynichus Epitom. p. 266 haec habet οὕτω λέγουσιν εὐαγγελίζομαι (quod apud Atticos pros. script. et ap. Aristophanem occurrit) ἢ εὐαγγελῶ. Οὔ ὁ Πλάτων τὸ δεύτερον πρόσωπον λέγει εὐαγγελεῖς. Photius tradit εὐαγγελεῖν ὑφ' ἓν λέγουσι καὶ κακαγγελεῖν. Lectionem εὐαγγελεῖς probabat Dindorf in Steph. Thesauro, at Cobetus (Mn. 1856 p. 183) monuit εὐαγγελεῖν poeticum esse. Pauci tantum codd. (deterr.) ἀγγελεῖς exhibent. Eadem quaestio in Theaet. 144 B occurrit. — Verba ἦ μὴν fortiter asseverando inserviunt, cf. Phil. 18 D, Legg. 926 C, Euthyd. 276 E. — Cod. Vind. F m. pr. exhibet προποδών, quam V^{am} L non memorassem, nisi in Valckenarii schedis (de quibus vid. ad 425 B) invenissem „Hesychius non male προποδών = ἔμπροσθεν, atque forte scripserat Plato φαίνεται προποδὼν ἡμῖν etc. Cum eodem sensu ponunt ἐμποδών.'' Corrigendum arbitror κυλίνδεσθαι.

433 A Herwerdeno (Mn. 1883) corrigenti ἤ[τοι] τούτου τι κτλ plane assentior, vid. ad 344 E (τοι dittographia natum est). Idem l. l. mox malit ἐπιτηδειότατα (adverb.), at confer in 370 B init. φύεται ἕκαστος οὐ πάνυ ὅμοιος ἑκάστῳ. — Paulo post (nam omissus articulus nihil momenti habet, quod statim in § B ult. καίτοι ἔφαμεν δικαιοσύνην scriptum exstat) Richards — Class. Rev. 1893 — vocem δικαιοσύνη recte improbans ci. δίκαιον, quod tamen nimis a vulgata recedit, quamobrem ipse propono δικαιοσύνης κτλ; ante ЄCTI littera C vocis δικαιοσύνης haplographia
B excidit. || Mox Richards (l. l.) ci. <ὅτι> κινδυνεύει....., οἶσθα ὅθεν τεκμαίρομαι, qua c^{a} argumentationis vis frangitur. Valde vereor ut verba τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν genuina sint. — Optime in sequentibus Ast verbum παρέχειν delendum esse censuit, quam c^{am} et verborum compositio et sententia commendant. Pendet enim σωτηρίαν a παρέσχεν. Paulo ante pauci codd. exhib. τῶν> ὧν ἐσκέμμεθα, quod recipiendum. Stobaeus τῶν praebet

omisso ὧν. Sic 442 C τῷ ὃ ἦρχε et sic saepissime (cf. Stallb. ad Phaedon. 75 B); causa omissionis in aperto est. — In § C
D cod. Par. A sec. Campb. articulum ante ὁμοδοξία *non* omisit. || Nonnulli codd. praebent καὶ <ἐν> δ. καὶ <ἐν> ἐλευθ.; fieri potuit ut Plato ubique κἀν scripserit (coll. 429 C D ἔν τε λύπαις... καὶ ἐν ἡδοναῖς καὶ ἐν ἐπιθ. καὶ ἐν φόβοις), at praepositio in enumerationibus saepius omittitur. — Non male mox (coll. 415 C 466 B) Richards (Class. Rev. 1893) ci. δημιουργῷ <καὶ γεωργῷ>, quod ubique bina exempla posita sint. Propter homoeoteleuton ea verba interciderunt. Stobaei fere omnium codd. lectio εἷς ὢν ἓν male Ast et Stallb. (1858) probarunt.

434 A Richardsio (Class. Rev. 1893) corrigenti ἢ <τὰς> τιμάς coll. § B καὶ τὰς τιμὰς non assentior, cum manifestum sit Platonem scripsisse καὶ τιμὰς (*non* ἢ τιμάς). Articulus post ἢ necessarius (quia praecedit ἢ τ ὰ ὄργανα), *non* post καί. — Mox recte Madvigius (probante Baitero) ci. πάντα ταῦτα pro π. τἆλλα, cf. in B ταύτην τὴν τούτων μεταβολήν. Non male pauci codd. μεγάλα βλάψαι praebent. Unus codex recte <τὴν> πόλιν exhibet. — Participium ὤν in proximis me male habet (in vulgata enim subiectum est τις, quod mente supplendum, at tum plane ineleganter construendum ὅταν τις δημ. ὢν ἤ τις ἄλλος χρημ. φύσει), delendum censeo, nam sic construe: ὅταν δημιουργὸς ἤ τις ἄλλος χρηματιστὴς (sc. ὢν) φύσει κτλ, itaque χρηματιστὴς est praedicatum, ut dicunt. Malim tamen rescribere δημιουργὸς [ὢν] ἤ τις ἄλλος χρημ. φύς, ἔπειτα κτλ. (φὺς ad τις ἄλλος tantum pertinet). Quam facile in scriptura unciali ex *ΦΥCΕΠΕΙΤΑ* oriri potuerit φύσει ἔπειτα, neminem fugiet. *Οἱ* δημιουργοὶ est species τῶν χρηματιστῶν, confer sis § C, ubi τὰ τρία γένη enu-
B merantur (χρηματιστικοῦ, ἐπικουρικοῦ, φυλακικοῦ γένους). || Πλήθει intellige „amicorum'', itaque optime Grou Gallice vertit „enflé de son crédit.'' Valde miror editt. verba βουλευτικοῦ καὶ φύλακος ἀνάξιος ὤν concoxisse. Graece dici nequit εἰμὶ φύλακος ἀνάξιος, sed dicitur φυλακῆς [1]) vel simile quid. Abicienda puto verba καὶ φύλακος, cum τὸ βουλευτικὸν γένος idem sit ac τὸ φυλακικὸν coll. verbis in § C χρηματιστικοῦ κτλ. — Astius e compluribus

[1]) Conf. in 433 C ult. ἡ ἐν τοῖς ἄρχουσι φρόνησίς τε καὶ φυλακὴ ἐνοῦσα.

codd. deterr. recepit artic. τῶν ante τριῶν; *male*, cf. 435 B in.,
C 440 E ult., 441 D. || Adverbium μάλιστα post ὀρθότατ' ἂν plane
languet, unus codex post κακουργία posuit, tres omiserunt op-
time probante Astio. Mox recte duo codd. exhib. ἐν <τῇ> πόλει.
Insiticia autem esse verba ἑκάστου τούτων .... ἐν τῇ πόλει saga-
citer perspexit Herwerd. (Mn. 1883). Est docta grammatici
alicuius animadversio. Pro λέγωμεν Venetus *Π* exhib. λέγομεν
D probantibus Ast° et Stallb. (1829), male. || Richards (Class.
Rev. 1893) ci. ἰοῦσιν (pro ἰόν) cum ἡμῖν iungendum. Assentiri
nequeo coll. verbis in § E ἐπαναφέρωμεν εἰς τὸν ἕνα i. e. ἀναγ-
κάζωμεν ἰέναι εἰς τὸν ἕνα. Mox pro ἣν (ᾠήθημεν) corrige ᾗ, cum
accusativus defendi nequeat. Sec. Campb. Par. A *non* ἐκεῖνο,
sed ἐκεῖ (ἐπιχειρήσαιμεν κτλ) exhibet cum Veneto *Π* et plerisque
codd., quod male unus Stallb. (ed. Goth.) recipiendum duxit.

435 A Herwerdeno (Mn. 1883) conicienti μέθοδόν τε (pro καθ' ὁδόν)
coll. D ἐκ τ. μεθόδων non assentior, cum sic nude positum
μέθοδον offendat. Schneider recte cft Crat. 425 B. Mox Dobraeus
(Advers. Crit.) dubit. ci. καὶ ἔλαττον <ὂν>, optime ni fallor,
C cum ταὐτόν ad προσείποι tantummodo pertineat. | Recte Astius
c. paucis codd. deterr. ὀρθῶς ante ἀξιοῦσθαι omisit, nam ὀρθῶς
ridicule adhaeret. Est exclamatio assentientis lectoris. Mox idem
e Veneto *Ξ* lect. <οὐκ> εἰς φαῦλόν γε αὖ optimo iure recepit.
Putant editt. Socratem h. l. εἰρωνικῶς locutum esse (quod cur
fecerit ostendere neglexerunt), scilicet auctoritatem optimorum
codd. deserere reformidantes. Sexcenties Plato Socratem fecit
dicentem se in haud facilem quaestionem incidisse, cf. ex. gr.
374 E, Phileb. 19 A οὐκ εἰς φαῦλόν γ' ἐρώτημα, Crat. 411 A, alia.
Ipsum αὖ (non solet enim Socr. φαῦλα inquirere) diserte ostendit
οὐκ praecessisse. Etiam Glauconis responsum οὐ πάνυ μοι
δοκοῦμεν documento est Socratem non εἰρωνικῶς locutum esse:
cf. 441 D *Socr.* ἀλλ' οὔ πῃ μὴν τοῦτο ἐπιλελήσμεθα ..... *Glauc.*
οὔ μοι δοκοῦμεν (ἔφη) ἐπιλελῆσθαι. Illa duo σκέμματα, quorum
alterum facile (οὐ χαλεπόν), alterum difficile est, breviter in
441 C exponuntur: ταῦτα μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, μόγις διανενεύκαμεν,
καὶ ἡμῖν ἐπιεικῶς ὁμολογεῖται, ταὐτὰ μὲν ἐν πόλει, ταὐτὰ δ' ἐν ἑνὸς
ἑκάστου τῇ ψυχῇ γένη ἐνεῖναι (prius σκέμμα) καὶ ἴσα τὸν ἀριθμόν
D (alterum σκέμμα). || Unus cod. ἄλλῃ γὰρ c. Galeno (cf. 504 B)

exhibet probantibus Herm., Baitero, Schmelzero, optime, quod
E in vulgata ἀλλὰ γὰρ ferri nequit. || Par. A exhibet πόλεσιν ἐγγε-
γονέναι prob. omnibus editoribus (inde a Schneidero) nec non
Stallb° (1858).

436 A In Monac. q (pro τούτῳ) a m. s. τούτων correctum, quod
unice verum esse recte perspexit O. Apelt (Fleck. Jbb. 1892
bd. 145). Vulgatum τούτῳ absurdum est. — Optimi codd.
γέννησιν (pro γένεσιν) exhib. neque aliter Photius (s. v. τροφή),
quod inde a Bekkero ab omnibus editt. (necnon Stallb° 1858) iure
B receptum est. || Dele verba καὶ πρὸς ταὐτόν, futile interpreta-
mentum, quod in § E ult. quoque intrusum, at illic sine
copula, quo clarius fraus patet. Vide nos etiam ad 462 C.
Verba κατὰ ταὐτόν etiam ad ποιεῖν pertinent; πρὸς ταὐτὸν idem
significat ac κατὰ ταὐτόν. — Par. A exhibet ὥστε ἄν που κτλ,
C ut complures codices. || Galeni lectionem διομολογησώμεθα unus
Astius recepit; at *ΔΙ* ex antecedenti *N* dittographia ortum
esse suspicor. Forma media et in 544 A obvia. Corrigendum
D arbitror τὸ μὲν [τι] αὐτοῦ κτλ. || Astius verba τὰ τοιαῦτα delenda
coniecit (non adversante Stallb° 1829), recte, nam etiamsi
adverbii loco ea habemus, prorsus abundant nec suspicari licet
ante μενόντων excidisse πασχόντων. Itaque mihi videtur aliquis
in mg. ad ἀποδεχοίμεθα adscripsisse τὰ τοιαῦτα coll. verbis in
§ E οὐδὲν ἄρα ἡμᾶς τῶν τοιούτων λεγόμενον ἐκπλήξει. Richards
(Class. Rev. 1893) mavult τῶν τοιούτων rescribi, sed nullo negotio
E ad μενόντων mente αὐτῶν supplere possumus. || Ad οὐδαμῇ γὰρ
ἀποκλίνειν Bekker annotat „Rectius scripseris οὐδαμοῖ." Mox
unus cod. c. Galeno ἔστιν ante ἑστάναι omisit, recte probante
Herwerd° (Mn. 1883). Dele verba πρὸς τὸ αὐτό, vid. dicta ad
§ B. — Corrige ποτε [τι] ἂν τὸ αὐτὸ [ὂν] ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ
τἀναντία κτλ., ut ipse Plato in § B dixit. Vulgata habet nescio
quid puerile; cf. etiam 439 B οὐ γὰρ δὴ ... τό γε αὐτὸ τῷ
αὐτῷ κτλ.

437 A Optimis codd. c. Galeno verba <εἴη ἢ καὶ> praebentibus
non obtemperarunt Ast Herm. Stallb. (1858) Baiter, *optime*, nam
τὸ παθεῖν efficit et comprehendit τὸ εἶναι. Bekker Schneid.
Campb. autem verba defendunt, at in 436 B legimus ποιεῖν
ἢ πάσχειν, in 437 B εἴτε ποιημάτων εἴτε παθημάτων. Totum hunc

locum interpolationibus infectum esse iam satis supra osten-
dere conati sumus. Mox corrige *βεβαιούμενοι* [*ὡς*] *κτλ*, cum
verba demonstrandi (*δηλοῦν, ἀποφαίνειν*) *non* cum *ὡς* c. parti-
B cipio construi soleant. || Recte Baiter verba *τινος λαβεῖν* spuria
censuit probante Herwerdeno (Mn. 1883). — Astius ci. *θείης*
<*ἂν*>, Baiter (prob. Campb.) <*ἂν*> *ἀλλήλοις*. Particula *ἂν*
abesse nequit, sed equidem puto eam post *τοιαῦτα* excidisse.
Mox e multis codd. Astius et Stallb. (1829) recte *πῃ* pro *ποι*
C dederunt. Lege *νυνδή*. || V^{am} L *ἐρῶντος* pro *ἐρωτῶντος* Cobetus
(nota ms.) male probavit. Mox unus cod. exhib. *ἀπελαύνειν ἀφ'
αὑτῆς*, quod unice verum. Verba *ἀφ' αὑτῆς* etiam ad *ἀπωθεῖν*
D pertinent, sicut in § B *ἀπωθεῖσθαι* (medium) usurpatum est. ||
Vulgatam sic corrigendam censeo: *Ἆρ' οὖν* <*δίψα*>, *καθ' ὅσον
δ. ἐ..... εἴη, οἷόν* [*δίψα*] *ἐστιν* [*δίψα*] *ἆρά γε κτλ*. Post *ἆρ' οὖν*
vox *δίψα* abesse nequit, ne sententia obscura, nedum sensu
vacua fiat. Ante *οἷον* comma posui, quia haec verba non
magis dissecanda sunt quam supra (§ B C) verba *τί οὖν; ἦν
δ' ἐγώ· διψῆν..... οὐ* (part. interr.) *πάντα ταῦτα..... θείης, οἷον....
οὐχὶ* (p. interrog.) *φήσεις.... γενέσεως;*. Verba *δίψα* (*ἐστιν*) *δίψα*
(quae eieci ne oratio balbutiret) interpretatoris sunt. Non male
etiam suspiceris voc. *δίψα*, quod post *ἆρ' οὖν* in sententiae
initio excidit, in margine adscriptum fuisse, deinde in malam
sedem devenisse et alterum tantummodo *δίψα*, quod ante
ἆρά γε legatur, insiticium esse, itaque sic legendum esse: *Ἆρ'
οὖν* <*δίψα*>........ *οἷον δίψα ἐστὶν* [*δίψα*] *ἆρά γε κτλ*. Deinde
dele *ποτοῦ*, quia voc. *πώματος* in fine sufficit. Verba *θερμοῦ ἢ
ψυχροῦ* pendent ab *ἐπιθυμία*, quod ad *οἷόν* [*δίψα*] *ἐστιν* [*δίψα*]
ἆρά γε mente supplendum e praegressis. Richards (Class. Rev.
E 1893) ci. *οἷον δίψα ἐστὶν* <*ἐπιθυμία*> [*δίψα*] *ἆρά γε κτλ*. || Her-
manni transpositionem *προσῇ, τὴν τοῦ θερμοῦ.... ἐὰν δὲ ψυχρότης,
τὴν τοῦ ψυχροῦ* optimo iure Baiter (probante Hellero Cur. Crit. p. 1,
improbantibus autem Schmelz. et Campb^{o}) suscepit; ut enim
διὰ πλήθους παρουσίαν sitis *πολλὴ* est, sic nimirum *τῇ θερμότητι*
est calida, non frigida. — Mox Herwerd. (Mn. 1883) se exspec-
tasse dixit *καὶ αὐτὸ* <*τὸ*> *πεινῆν* <*αὑτοῦ*> *βρώματος*, qua c^{a}
recepta Platonis manum recuperare mihi videor.

438 A Astius ci. *μή τί τις*, Richards autem (Class. Rev. 1893) dubi-

tanter *μή τοίνυν* et (coll. Phaedro 245 B) *θορυβήσῃ* <*λόγος*>......
πάντων ἀγαθῶν (pro *τῶν ἀγαθῶν*), quarum correctionum nulla
mihi necessaria videtur. Ad *θορυβήσῃ* mente supple *λέγων* (vide
praeterea infra *ὁ ταῦτα λέγων*) et corrigendo *πάντες.... πάντων
ἀγαθῶν* clarissimus Richards Platonem parum venuste, immo
prave (nam opus fuisset *πάντων τῶν ἀγαθῶν*, cf. Hipparch.
C 227 B) scribentem fecit. || V^{am} L *πρὸς* [*τὰ*] *βραδύτερα* prob. Ast
Bkk. Stallb. (1829), quod sane rectius quam articulum ante
unum *βραδύτερα* servare reliquis adjectivis articulo carentibus.
Cum autem aliquot codd. exhibeant *πρὸς* <*τὰ*> *κουφότερα*,
rectissime Baiter[1]) olim ci. ubique *τὰ* restituendum esse. —
V^{am} L *ὅτου* [*δὴ*] *δεῖ* prob. Ast Bkk. Stallb. (1858), male, cf.
ex. gr. Euthyph. 11 B *εἴτε φιλεῖται.... εἴτε ὅ τι δὴ πάσχει*. Vide
an sit corrigendum *εἶναι* pro *θεῖναι*, sicut infra (in § E) legimus
αὐτοῦ οὗπερ ἐπιστήμη ἐστίν. Quid sit *τὴν ἐπιστήμην τινὸς θεῖναι*
non intelligo. SCHNEIDER vertit „vel cuiuscunque dicenda est
esse scientia", AST „vel eius rei, cuius poni oportet scientiam
E esse." || E paucis codd. corrige *καὶ* <*τῶν*> *νοσωδῶν* (aut lege
<*τε*> *καὶ νοσωδῶν* coll. 444 C); vid. ad 334 E. Iam ipsa
sequentia *τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν* diserte demonstrant quid
Plato scripserit.

439 A Codicibus (praeter Par. K) *τούτων* (pro *τοῦτο*) *θήσεις* exhiben-
tibus omnes editt. necnon Stallb. (1858) recte paruerunt. —
Sequentia *τοῦτο ὅπερ ἐστίν* alii aliter explicant: STALLBAUMIUS
interpretatus est „quatenus id est quod est", CAMPBELL „as
far as its essence is concerned", SCHNEIDER „iam vero sitim,
inquam, nonne id quod est, inter ea dices, quae alicuius sunt."
At primum participii *ὂν* post *τοῦτο* omissio non ferenda, deinde de
hac versione valent, quae vituperamus in ea quam MADVIG dedit.
Is[2]) *οἵων* post *τῶν* inserto Germanice sic vertit: „das sie dasjenige
was sie sind, in Bezug auf etwas sind", quasi eae res, inter
quas sitis referenda sit, alicuius esse possint id quod non sint,
vel si per *τοῦτο ὅπερ ἐστὶν* intelligas notiones generales (*αὐτὰ
ὄντα*), notiones speciales (*ποί' ἄττα ὄντα*) non sint alicuius. Vides

---

[1]) Postulabat tantummodo <*τὰ*> *θάττω*, sed quisque facile concedet tum etiam <*τὰ*> *βαρύτερα* legendum esse.

[2]) Neque aliter ASTIUS vertit „quae alicuius id sint quod sint."

igitur tria illa verba (*τοῦτο ὅπερ ἐστίν*) plane frigere, immo ridicule adhaerere, cum neque ad *τινος εἶναι* neque ad *τούτων* referri possint. Etiam in 438 B simpliciter dictum est *ὅσα γ' ἐστί τοιαῦτα οἷα εἶναί του*. Itaque equidem ea utpote e margine invecta delenda[1] censeo. Adscripta fortasse sunt ab aliquo qui verba *ἔστι δὲ δήπου δίψος*; explicare conatus erat. Madvigii c^{a} (a Baitero probata) *τῶν* <*οἴων*> *τινὸς εἶναι* recipi potest, quamquam vulgata *οὐ τούτων θήσεις τῶν τινος*[2] ferri potest. Sequentia autem sic scribe: *ἔστι δὲ δήπου δίψος — Ἔγωγε κτλ.* Postquam enim Socrates rogavit essetne *δίψος τῶν* <*οἴων*> *τινὸς εἶναι* (sive essetne *δίψος τινὸς*), continuo quasi alter iam respondisset sibi ita videri nec de ea re dubitari posse perrecturus erat *ad colligendum* (non amplius *ad interrogandum*, sic Bkk. Ast Herm. Schmelz. Campb.) *δίψος* esse *πώματος*, cum Glaucon[3] eum interpellat. Vide simile orationis nexum quodammodo turbans *ἔγωγε* p. 410 D. Ad illud *δὲ* (in *ἔστι δὲ*) cf. sodes 332 B *ὀφείλεται δέ, οἶμαι*, 337 D *προσήκει δέ που κτλ.* De *γε* post *ἔγωγε* iterato vid. ad 348 C. Haud difficilis ille genitivus *πώματος* explicatu est: cum enim illa, quae supra 438 B in. legantur, *ὅσα γ' ἐστὶ τοιαῦτα οἷα εἶναί του* nihil aliud significent quam *ὅσα γ' ἐστί του*, dicere licet *ἐπιστήμην*, *δίψος* etc esse *alicuius*. Benedicti c^{am} *δή του* pro *δήπου* unus Bait. recepit, male. V^{am} L (optimorum codd.) *δίψος δ' οὖν* pro *δίψος δ' αὖ* prob. omnes editt. (praeter Stallb. et Astium), male, quia post *οὐκοῦν* alterum *οὖν* plane otiosum. Corrige sodes *μόνον* [*αὐτὸ*] *δίψος πέφυκεν*, sicut 438 C *ἐπιστήμη αὐτὴ μαθήματος αὐτοῦ ἐπι-*
B *στήμη ἐστὶν* legitur, *non* <*αὐτὴ*> *ἐπιστήμη ἐστίν.* || Vulgata *τό γε αὐτὸ τῷ αὐτῷ ἑαυτοῦ περὶ τὸ αὐτὸ κτλ* sana non est, quod bis idem dicitur, nam *τῷ αὐτῷ ἑαυτοῦ* idem est ac *περὶ τὸ αὐτό*.

---

[1]) Eiusdem sententiae fuisse iam quendam v. d. e Diario Academy n⁰. 824 cognovi. Idem praeterea verba *τοῦτο ὅπερ ἐστὶν* a verbo *θήσεις* pendere censebat. Utramque opinionem ibidem J. Cook Wilsonus improbavit.

[2]) *Τά τινος* sunt ea, quae aliqua re definiri solent i. e. quae per se spectata nihil aliud significant quam actionem in universum, sic *δίψα* est *τὸ διψῆν*, *ἡ ἐπιστήμη τὸ ἐπίστασθαι*, sed si aliquo attributo definiuntur, tum generalem actionem definire desinunt.

[3]) Prorsus mecum facit Schneider (ed. Paris.) necnon I. Bywater in Journ. of Philol. 1874.

Quum autem Galenus praebeat *τῷ γε αὐτῷ τὸ αὐτὸ τῷ ἑαυτοῦ περὶ κτλ* suspicor Platonem scripsisse *φαμέν, τῷ γε αὐτῷ ἑαυτοῦ* [*περὶ*] *τὸ αὐτὸ ἅμα κτλ.* Fere omnes codd. mox exhib. *πράττοι* necnon omnes editt. praeter Astium. Galenus cum paucis codd. Platonis tradit *πράττειν*, unde Ast effecit *πράττει*, *quod unice verum*, quia *ἂν* omissum est. Qui autem *πράττοι* servarunt, partim e praegressa sententia particulam mente supplendam esse censuerunt, partim revocarunt textu mutando. M. Schanz (probante Bait.) in Nov. Comm. Plat. 1871 maluit *ΔΗ* in *ΑΝ* commutare quam *ἂν* e praecedentibus supplere. Campbell ci. *ἅμ'* <*ἂν*> pro *ἅμα*, at tum, ni fallor, Glaucon respondisset *οὐ γὰρ ἄν*. Ne quis genitivi *τοῦ τοξότου* usu singulari offendatur cf. 459 B *τί δὲ ἵππων οἴει κτλ*, 470 A *γῆς τε τμήσεως κτλ*, alia. In verbis *ὥσπερ γε* particula *γε* traiecta est, nam dicendum erat *τοῦ γε τοξότου*. Lege *ἡ ἀπωθοῦσα* [*χείρ*]; etenim si iam ad *ἄλλη* voc. *χείρ* mente
C supplendum, cur post *ἀπωθοῦσα* addendum est? || Astii c^{am} <*καὶ*> *τὸ κωλῦον* iniuria editt. spreverunt; antithesis enim gratia vocem *καὶ* abesse non posse ratio clamat. Mox Schneidero
E *ὅταν ἐγγίγνηται* emendanti recte Bait. et Campb. paruerunt. || Madvigii c^{am} *ἀκούσας ἔτι πιστεύω τούτῳ* Baiter recepit, at *τι* omitti nequit et *ἄρα* tum otiosum (*ὡς* enim non a *πιστεύω* pendet). Mihi vulgata sanissima videtur neque intelligo qui Campbell dicere potuerit „the interpretation is difficult." Is ci. <*οὐ*> *πιστεύω τούτῳ* i. e. *οὐ πιστεύω σοι τοῦτο* (sc. *ἴσως τῷ ἑτέρῳ ὁμοφυές*) *λέγοντι*, non infelicem coniecturam coll. Menon. 91 D, sed ni fallor non necessariam. Verba enim *πιστεύω τούτῳ* significant ex illa narratione argumentum sumi posse adversus (N. B. *ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ*) Glauconis sententiam. Absurde Liebholdus (Fleck. Jbb. 1888 bd. 137) ci. *ἄρτι* pro *τι*. — V^{am} L *Πειραιῶς* recte Ast Bkk. Stallb.(1858) probarunt. Pro (*παρὰ τῷ*) *δημίῳ* Hemsterhusius (Anecd. I p. 252 ed. Geel) ci. *Διομείῳ* non improbante Herwerdeno (Mn. 1883). Valckenarius autem (in ipsius schedis criticis) ci. *δημιείῳ* aut *Λυκείῳ* (coll. Lysid. 203 A). At non verisimile est templa condita fuisse iuxta locum, ubi supplicia fierent. Etsi vulgata se bene habet, non absurdum est Valckenarii *δημιείῳ* (locus, ubi *ὁ δήμιος* habitat, cf. v. c. *μουσεῖον, κουρεῖον, στρατηγεῖον*).

440 A Galeni lect. δ' οὖν pro δ' αὖ male Astius recepit. Particula
οὖν enim declarat non aliter evenire potuisse. Duo codd. exhib.
σημαίνει τὸν θυμὸν pro vulgato σ. τὴν ὀργὴν (sic Galenus Steph.
Schn. Herm. Stallb.(1858) ceteri editt. recentes); mihi autem
lectio τὸν θυμὸν (sic Bkk. Ast) magis hic idonea esse videtur
quam l. τὴν ὀργήν praecipue cum èt per totum hunc locum
voc. θυμὸς recurrat inque praegressis (439 E) Socrates rogasset
πότερον ὁ θυμὸς τρίτον ἂν εἴη εἶδος κτλ èt vis vocis θυμὸς ap.
Platonem latius pateat quam vocis ὀργή. Recte igitur olim
Bkk. suspicatus est interpretamento vocem germanam expul-
sam et interpolationibus hunc locum turpatum fuisse, quam
opinionem confirmant Galeni codd. ante πολεμεῖν addentes χαλε-
παίνειν καί. Iam ante Galenum codd. Platonis turpibus inter-
pretamentis infecti erant, sic ex. gr. mox Galenus πολλάκις pro
πολλαχοῦ praebet. — Post pauca corrige sis ὡς ἄλλο [ὂν] ἄλλῳ, sicut
legimus in 441 B Ὅμηρος πεποίηκεν τὸ ἀναλογισάμενον ἐπιπλῆττον
τῷ ἀλογίστως θυμουμένῳ ὡς ἕτερον ἑτέρῳ. Puto scribendum
B esse <αἱ> ἐπιθυμίαι, ut statim sequitur ταῖς δ' ἐπιθυμίαις. ||
Par^1 A lect. βιαζομένῳ ἐν αὑτῷ (pro αὐτῷ) mihi placet, etsi
vulgata non prava est. Hermannus (et Schmelz.) ἀντιπράττειν
ad κοινωνήσαντα voluit referri (quod iure nemo probavit ne
ἀντιπράττειν supervacaneum fieret) neque aliter, opinor, Nitzsch
(Mus. Rhen. Vol. XI, p. 472) coniciens μὴ δεῖν <τι πράττειν>
ἀντιπράττειν. Mihi vulgata eo nomine displicet quod, sive μηδὲν
ἀντιπράττειν sive μὴ δεῖν ἀ. legitur, in (proverbiali) dictione λόγος
αἱρεῖ substantivum λόγος non solet προσωποποιεῖσθαι (i. e. imper-
sonaliter illa dictio usurpatur), quod tamen hic fieri oporteret,
si ἀντιπράττειν (sc. ἑαυτῷ) genuinum esset. Hanc ob causam,
etiamsi τοῦ ante λόγου inseritur, ἀντιπράττειν delendum est.
Suspicor vocem additam esse a nesciente ad μὴ δεῖν mente
C κοινωνεῖν supplendum esse. || Vulgatam (quam Herm. Schmelz.
servarunt) καὶ διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγῶν (sic corrigendum
est c. Herwerdeno Mn. 1883) ..... ὑπομένων καὶ νικᾷ κτλ labem
contraxisse inter omnes constat. V^{am} L διὰ τοῦ π. καὶ διὰ
τοῦ ῥιγῶν probarunt recte (ad genit. cf. 442 C, 494 D)
Stallb.(1829) Liebhold (Fleck. Jbb. 1888) Campbell (non plura
molitus). Astius διὰ τὸ π. servans ci. καὶ ὑπομένει (= suscipit)

νικᾶν καὶ οὐ λήγει optime quantum ad sensum. Mihi Plato
scripsisse videtur καὶ διὰ τοῦ π. καὶ διὰ τοῦ ῥ .... ὑπομένων
[καὶ] νικᾶν [καὶ] οὐ λήγει κτλ. Postquam καὶ post νικᾶν ditto-
graphia ortum erat, νικᾶν factum est νικᾷ et alterum καὶ ante
νικᾷ intrusum est ut cum ξυμμαχεῖ coördinaretur, deinde τοῦ in
τὸ mutatum est. Quid reliqui editt. legant paucis indicabo: Bekker
et Schneider V^{am} L καὶ ὑπομένων νικᾷ probarunt, quo nihil lucra-
mur. Baiter probavit Madvigii c^{am} καὶ δι' αὐτὸ πεινῆν καὶ δι' αὐτὸ
ῥιγοῦν καὶ πάντα ..... ὑπομένων, κἂν νικᾶται, οὐ λήγει κτλ, male, nam
κἂν νικᾶται propter sequentia οὐ λήγει πρὶν ἂν ἢ διαπράξηται
(i. e. νικήσῃ) absurdum est. H. Sauppe (Quaest. Crit. Götting.
1886) ci. καὶ δι' αὐτὸ (c. Madvigio) .....πάσχειν ὑπομένων διανεκῆ
οὐ λήγει τῶν γενναίων, ingeniosam coniecturam, sed iusto auda-
ciorem. Liebholdus (l. l.) ci. διὰ τοῦ π. καὶ διὰ τοῦ ῥ..... πάσχων
(V. L.) ὑπομένειν νικᾷ καί, male puto, quia tum verbi ὑπομένειν
objectum erit τὴν ἀδικίαν nec νικᾶν „studere," „conari" sig-
nificat. Richards denique (Class. Rev. 1893) Madvigio assensus
pro τῶν γενναίων postulat ἀγανακτῶν „possibly with some ad-
ditional word before ἀγαν.", oblitus scilicet praecedentis ὅσῳ
γενναιότερος ᾖ. Si enim homo probus ἀδικεῖ, ipsius γενναιότης
eum cogit ad poenam libenter dandam, sin idem ἀδικεῖται
eadem γενναιότης prohibet quominus ut homo ἀγεννὴς omnia
D ignave perpetiatur. || Nabero (Comm. Plat. II 1864) corrigenti
[ὑπὸ] τοῦ λόγου non assentior, quia Plato non λόγον cum νομεῖ
composuit, sed τὸ πραϋνθῆναι θυμὸν ὑπὸ τοῦ λόγου cum τῷ πρ.
κύνα ὑπὸ νομέως. — Vulgata καίτοι γ' corrupta est: aut dele
γ' cum Vind. E^1 aut lege καίτοι ἔν γε τῇ κτλ. Praestat fortasse
καὶ γάρ τοι rescribere. Deinde dele verba ὥσπερ ποιμένων πόλεως:
primum πόλεως post verba ἐν τῇ ἡμ. πόλει prorsus otiosum,
deinde comparatio est haec δεῖ τοὺς ἐπικούρους τῶν ἀρχ. ὑπηκόους
εἶναι ὥσπερ κύνας ποιμένων, non δεῖ τ. ἐπικ. ὥσπερ κύνας ὄντας
ὑπηκ. εἶναι τῶν ἀρχόντων ὥσπερ ποι. ὄντων (nam non aliud quid
vulgata significat). Astii c^{am} ἀλλ' ᾖ pro vulgato ἀλλ' εἰ cum
E Schneidero unus Stallb. (1858) non recepit. || Unius cod. Ξ l.
πρὸς τοῦ λογιστικοῦ omnes editt. recte probarunt. F. K. Hertlein
contra (Fleck. Jbb. 1872 bd. 105) reliquorum codd. lectionem
π. τὸ λογιστικὸν defendens contulit Thucyd. II 2 παρά τινα,

IV 68 *μετά τινος*, Aen. Poliorc. 4. 1, ubi autem Hercher *παρὰ*
pro *πρὸς* postulavit.

441 A Par. A et cod. Malat. (cum Galeno) *ἐπικουρητικὸν* (pro *ἐπι-*
B *κουρικὸν*, sic 434 C) exhibent; recepit unus Herm., male. || Non
male pauci codd. (ex coniectura?) exhib. *εἶπας* pro *εἶπες*. Verisimile est Platonem ubique *εἶπας, εἰπάτην, εἰπάτω*, similia scripsisse. Recte ni fallor mox Galenus *ἐκεῖ* omisit. Post *ἄνω που* (*που* est *alicubi*, ut in 449 D) absurde *ἐκεῖ* additum sive temporale sive locale adverbium habetur. Fortasse *ἐκεῖ* interpretamentum
C est ad sequens *ἐνταῦθα*. || Pauci codd. c. Stobaeo recte *ὡμολόγηται*
tradunt. V^{am} L *ἐν ἑνὸς ἑκάστου ψυχῇ* (pro *τῇ ψυχῇ*) recte Ast et Stallb. probarunt membrorum aequalitatis gratia. Plato scrip-
D turus fuerat *ἐν τῇ ἑνὸς ἑ. ψ.* || V^{am} L (deterr. codd.) *οὔ πω*
(pro *πῃ*) *μὴν* soli Ast. Bkk. probarunt. Mox ex uno cod. et Stobaeo recipe *τοῦτό* <*γε*> *ἐπιλελήσμεθα*. Paulo ante ex Stobaeo post *ἔχειν* pone signum interr. vel corrige *ἔχειν* <*ἀνάγκη;*> *ἀνάγκη*, nisi malis *πόλις ἀνδρεία.... ἔχει* sine signo interr. (in papyris $\overset{\lambda}{\pi o}$ tantum scribebatur).

442 A Corrigendum censeo *τὰ αὑτῶν* <*πράττειν*> *μαθόντε* [*καὶ παι-*
δευθέντε] ne bis idem dicatur. Bekkeri emendationen *προστατήσετον* recte omnes editt. receperunt praeter Ast, Stallb., Schnei-
B derum. || V^{am} L *αὑτῷ γενῶν* recte prob. Bekk. Stallb. (ed. Goth.),
nam *γένει* pro *φύσει* insolite [1]) dictum neque habet *ὧν* quo referatur. — Duo codd. et Stobaeus *προσῆκεν* exhibent non improbante Campbellio in notis; at mihi hic imperfectum non ferendum esse videtur (*προσῆκον* sc. *ἐστὶ* ut in Legg. 904 E). Vide an corrigendum sit *ξυμπάντων...... πάντως* (pro *πάντων*), quia *ξύμπας* cum nominibus collectivis iungi solet. Dobraeus (Advers. Crit. ed. 1830) *φυλαττοίσθην* coniecit, quo non opus. Mox lege
C *προπολεμοῦν* <*μέν*>. || Corrige sis *ΚΑΙΔΙΗΔΟΝΩΝ*, nam prae-
positionem iterari necesse; licet dicere *διὰ λυπῶν τε καὶ ἡδονῶν*,
D at non id quod vulgatur. Haplographia *δι'* excidit. || Sequentia
ἀλλὰ μὲν δὴ..... ἔσται mihi sensu vacua esse videntur propterea quod verba *καὶ οὕτως* tanquam in aere suspensa sunt necnon

[1]) Locus in Legg. 874 A *ὁ προσήκων γένει* hinc alienus est.

si *ᾧ* per attractionem explicatur, verba *τούτῳ καὶ οὕτως* abundant, sin ad *ᾧ.... λέγομεν* mente supplemus *αὐτὸν δίκαιον εἶναι* balbutientem Socratem facimus: audi enim subtilem doctrinam in vulgata reconditam *εἷς ἕκαστος, ᾧ* (vel *ᾧ καὶ ὡς*, ut Stallb. 1829 ci.) *πολλάκις λέγομεν αὐτὸν δίκαιον εἶναι, τούτῳ καὶ οὕτως δίκαιος ἔσται.* Mea quidem mens in tanta doctrina hebescit. At medela lenissima et certissima ad manum est, cum illud *καὶ οὕτως* fere clamet comparationis alterum membrum librariorum culpa evanidum factum esse: corrige *ᾧ* <*πόλιν*> *πολλάκις ἐλέγομεν* (V. L.), *τούτῳ καὶ οὗτος ἔσται.* Postquam compendium vocis *πόλιν* ante *πολλάκις* [1]) excidit, *οὗτος* a librario vel correctore in *οὕτως* mutatum. Illud *οὗτος* non amplius ad *ἕνα ἕκαστον* (B ult.) referendum, sed ad praecedens (*πόλεώς τε καὶ*) *ἰδιώτου*. Prorsus idem iam Plato paulo ante in 441 D *καὶ δίκαιον δὴ κτλ* dixerat. Praeterea sic demum proxima *τί οὖν κτλ* commode annectuntur. — Ea quae statim sequuntur, mihi obscura esse videntur, nisi corrigas *μή πῃ ἡμῖν ἀπήμβλυνται ἄλλο τι δικαιοσύνη* [*δοκεῖν*] *εἶναι ἢ κτλ* i. e. „num a nobis iustitia obtusa ac deformata est ita ut formam, quam in civitate nostra induisset, amiserit.'' Perfectum tempus utique necessarium est. Verbum *δοκεῖν*, quod in compluribus codd. omissum, male abundat, nam effectus *τοῦ ἀπημβλύνθαι* est nimirum *τὸ ε ἶ ν α ι ἄλλο τι ἢ κτλ*, non *τὸ δ ο κ ε ῖ ν ε ἶ ν α ι κτλ.* Illud *ἀπαμβλύνεται* editores multum torsit
E et ab aliis aliter explicatum. || Corrige *περί γε* (post *εἰ* saepe
γε additur) aut <*περὶ*> *τοῦ ἐκείνῃ*. — Quoniam optimi codd. *τοῦτον αὐτὸν* praebeant, Schneider et Campb. coniecerunt *τοῦτον αὐτό*, male, nam *corrigendum est τοῦτ' ἂν αὐτὸν δρᾶσαι*, itaque *τοῦτ' ἂν* a librariis in *τοῦτον* stulte mutatum. Quominus *δράσειν* corrigatur non unum obstat.

443 A Iterum insere *ἂν*, nam responsum *πῶς γὰρ ἄν*; declarat *ἂν*
praecessisse, itaque corrige *ὁπωστιοῦν* <*ἂν*> *ἄπιστος*. Paulo ante legendum censeo *δημοσίᾳ πόλεως* i. e. patriae. — E Sto-
B baeo Astius optime post *μοιχεῖαι* part^{am} *γε* recepit. || Idem c.
uno Stallb^{o} recte e deterr. codd. *αὑτῷ τῶν ἐν αὑτῷ* suscepit, nam *αὑτοῦ* monstrum est. *Αὑτῷ* est dativus commodi. Etsi in

[1]) Fortasse *πολλάκις* ex *πόλιν* ($\overset{\lambda}{\pi o}$) male ortum et legendum erit *ᾧ πόλιν λέγομεν*.

vulgata *ἔτι τι οὖν ἕτερον κτλ* pronomen *τι* abesse posse Herm.
recte (cf. ad 428 A) animadvertit, tamen non erat cur ab eo
eiceretur. Saepius *τι* a vocabulo, ad quod pertinet, distrahitur, vid.
C ex. gr. 503 D *ὅταν τι δέῃ τοιοῦτον διαπονεῖν κτλ.* || Legendum
esse arbitror *ἐκινδυνεύομεν.* Littera Є post *δικαιοσύνηC* excidit.
Cum *εὐθὺς ἀρχόμενοι* imperfectum sit, praestat orationem direc-
tam cum indirecta non misceri in sententia uno tantummodo
praedicato praedita. De huius loci mente Campbellius videatur. —
Madvigio [1]) in vicinia verba *δι' ὃ καὶ ὠφελεῖ* prorsus sensu cassa
iudicanti assentire nequeo, sed corrigendum *ὠφέλει* cum Astio,
D cuius vide interpretationem. || Ad *ἕκαστον* mente supplendum
γένος, quod Astius non perspiciens ci. *ἕκαστον <τῶν> ἐν αὐτῷ*
(coll. B in. *ὅτι αὐτῷ τῶν ἐν αὐτῷ ἕκαστον κτλ*), male, nam sic
tautologia fit, quia *τὰ ἐν ἀυτῷ* coll. § B erunt illa *ἐν τῇ ψυχῇ*
γένη. — In sequentibus insere *ταῦτα* ante *τρία ὄντα* ut *τρία*
habeat quo referatur (cf. 444 A ult. *τριῶν ὄντων τούτων κτλ*).
Deinde corrige *νεάτην τ. κ. ὑπάτην καὶ μέσην.* Cum enim ad
νεάτης mente supplendum sit *χορδῆς*, equidem non exputo unde
E illi genitivi pendeant. || V^{am} L *<περὶ> πολιτικόν recte* recepe-
runt Steph. Ast Stallb. (ed. Goth.), quia *ἢ* etiam ante *περὶ*
χρημάτων additum est; licet dicere ex. gr. *περὶ μητρὸς ἢ πατρὸς*
ἢ ἀδελφῆς vel *ἢ περὶ μ. ἢ περὶ π. ἢ περὶ ἀ.*, at *non ἢ περὶ μ.*
ἢ πατρὸς ἢ ἀδελφῆς. Statim post Par. A sec. Jordanum (Hermes
bd. 13) et Campb. exhibet *ἢ περὶ τὰ ἴδια, non ἢ <καὶ> περὶ*
κτλ. — Verba *ἄδικον δὲ πρᾶξιν ..... δόξαν spuria* R. Ausfeld
(Genethliacon Gott. 1888) censuit putans iis omnem vim prae-
ripi iniustitiae definitioni, quam Socrates continuo adiuncturus
sit et firmari hanc coniecturam „eo quod infra, ubi iniustitia
definitur, *ἀμαθία* iterum memoretur nulla tamen definitionis,
quae hic proponatur, habita ratione." At bis vir d. egregie
fallitur: ut hic *ἀμαθία* dicitur *λύειν ταύτην* (sc. *τὴν ἕξιν*), sic
infra (444 B) eadem audit *ἡ τούτων* (sc. *τῶν γενῶν*) *ταραχή*, nec
recte quisquam iam hic *ἀδικίαν* definiri contendet, cum pateat
δικαιοσύνην et *ἀδικίαν* esse actiones *internas*, *πράξεις* autem

[1]) Annotat Madvig „Latet autem opinor appellatio imaginis e fabula aliqua ductae (velut *Διὸς κελαινεφὴς*); sed nihil probabile extundere possum."

δικαίας τε καὶ ἀδίκους externas, quas dignoscere posse oportet
eum, qui iustus manere velit. Quodammodo hic *τῆς ἀδικίας*
definitionem iam praeparari non infitior, prorsus absolutam
esse nego.
444 A Variam lectionem *Δῆλον* omisso *ὅτι* recte Bait. et Campb.
B probarunt, etiam Stobaeus *ὅτι* omisit. || Codd. deterr. *δουλεύειν*
τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι exhibentibus omnes editt. paruerunt.
Pro *τῷ τοῦ* in optimis codd. legimus *τοῦ δ' αὖ δουλεύειν*, in
aliis *τῶ δ' αὖ δουλεύειν*, unde Madvigius effinxit quod in Vindob.
E scriptum exstat, nempe *δουλεύειν, τῷ δ' αὖ <μὴ> δουλεύειν,*
ἀρχικοῦ κτλ, addens „ac fortasse in hac forma orationis Plato
<οὐ>δουλεύειν dicere ausus est, *πρέπει* cogitans", *male*, non
modo quod *τοιούτου ὄντος* ad unum tantum *μέρος* pertinet, sed
etiam quod *τῷ* (*δ' αὖ μὴ δουλ.*) tum absurde ad *τὸ ὅλον τῆς*
ψυχῆς referri oportet. Plerique Stobaei codd. ea verba non
addunt (unus *χικοῦ τοῦ δ' οὖν δουλεύειν* praebet), quo patet
librarios hic turbas ciisse. *Vulgata igitur servanda est.* Lieb-
holdus (Fleck. Jbb. 1888) et Richards (Class. Rev. 1893) verbis
πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν offensi coniecerunt hic [*πρέπειν αὐτῷ*],
ille [*αὐτῷ*] *δουλεύειν τῳ* (dub.) *τοῦ κτλ*, quorum neutro opus
est. — Mox corrige *τήν γε ἀδικίαν καὶ κτλ*, quia articulus ante
reliqua nomina abesse nequit, si vulgata servatur; vid. dicta
ad 334 E. — Par^{1} A lect. *ταὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα* fere omnes editt.
recentes receperunt, male, cum sic Glaucon a proposito aliena
respondeat neque idoneo responso *ἀδικίας* investigationi finis
imponatur. Stobaei parum elegantem lectionem *αὐτὰ μὲν οὖν*
ταῦτα Richards (Class. Rev. 1893) et Campb. probarunt. Equidem
puto Socratis verba *τοιαῦτ' ἄττα κτλ* paene flagitare responsum
hoce *τοιαῦτα μὲν οὖν ταῦτα* neque aliter Astio videbatur corri-
genti *ταῦτα μὲν οὖν τοιαῦτα* (cf. Soph. Elect. 686 *καὶ ταῦτα*
μὲν τοιαῦτα). Stallb^{1} (1829) lectio *ταῦτα μὲν οὖν ταῦτα* ferri
C potest. || Verba *ὡς ἐκεῖνα ἐν σώματι, ταῦτα ἐν ψυχῇ* spuria censeo.
Num credas Socrati necessarium visum esse docere *τὰ ὑγιεινὰ*
ad corpus, *τὰς δικαίας πράξεις* ad animum pertinere? Apage
nugas! Iam inscita structura, qua illa verba reliquis adiuncta
sunt, interpolatorem prodit. Est una e notis marginalibus,
D quibus textus Platonicus adhuc infectus est. || V^{am} L *ὑγίειαν*

ἐμποιεῖν prob. Ast Bkk. Stallb. (ed. Goth.), recte, nam statim
sequitur *τὸ δικαιοσύνην ἐμποιεῖν*. Et 422 A alii codd. *ἐμποιοῦντος*,
E alii *ποιοῦντος* praebent. In 333 E *ἐμποιῆσαι νόσον* legimus. ||
Herwerd. (Mn. 1891) recte postulabat *τόδε λοιπόν* aut *τόδε δὴ*
λοιπόν, posterius mihi magis placet. Etiam 604 A *τόδε* in multis
codd. divise scriptum.

445 B Verba *καὶ διαφθειρομένης* — quae in compluribus codd. omissa
sunt fortasse casu — abesse malim, cum in 444 B *ἀδικία*
dicta sit *ταραχή, πλάνη καὶ τοιαῦτ' ἄττα*. Post *οὕτως ἔχει* non
interpungendum est, quod *κατιδεῖν* ab *οὐ χρὴ ἀποκάμνειν* pendet.
Stephani c^{a} *ὅθεν* pro *ὅσον* (i. e. *καθ' ὅσον*, cf. 458 C) speciosior
est quam verior. — Astius recte *Δεῦρό νυν* requirebat. Post
imperativos *νῦν* enclitice scribendum. — Unus Schneider
Bkk^{i} c^{am} *ἀποκμητέον* pro *ἀποκνητέον* non recepit coll. 349 A,
E male, contra sententiam. || Recte ni fallor Stallb.(1858) V^{am} L
<*τι*> *τῶν ἀξίων λόγου* missam fecit, quae sicuti Stobaei
<*τινα*> interpolatori debetur; cf. Gorg. 514 A.

LIBER QUINTUS.

Steph. Pag.

449 A Corrigendum arbitror (coll. 445 C ult. *καὶ ψυχῆς τρόποι*) *τρόπους*
[*κατασκευήν*], quia vulgata balbutit. Minus recte olim Ast *ψυχῆς*
delevit. Sequens *ἔφη* Par. A omisit. Mox praestat legere *ᾖα*
αὐτὰς ἐφεξῆς ἐρῶν, qua emendatione sequentia *ὥς μοι κτλ* com-
C modiorem structuram nanciscuntur. || Optimorum codd. lect.
ἔτι ἐγὼ εἶπον (pro *ὅτι, ἐγὼ ε.*) prob. omnes editt. (praeter Steph.
Ast Stallb. Herm. Herwerd. Mn. 1883), *male*, quod ad prius
τί μάλιστα Adimantus iam responderat, itaque rustici fuisset
iterum interrogare *τί μάλιστα*. Exquisitus ille per *ὅτι* cum ellipsi
rogandi modus, cuius exemplum iam 343 A invenimus, a
Graeculis non intellectus fuit, quamobrem perdocte sibi cor-
rexisse videbantur *ἔτι* pro *ὅτι* substituendo. Ad *ὅτι* mente sup-
pleas *ἐμὲ οὐκ ἀφίετε*, vid. ad 343 A. — Vide an verba *ἵνα μὴ*
διέλθῃς spuria sint, mihi saltem admodum frigere videntur.
V^{am} L *τὰ τῶν φίλων* prob. Ast et Stallb. (1858), quo non opus,
at corrigendum est *ὅτι* <*τὸ*> *κοινὰ τὰ φίλων ἔσται*, ut 424 A
dixerat *κατὰ τὴν παροιμίαν*; cf. Hipp. Mai. 304 E ult. *τὴν γὰρ*
παροιμίαν ὅ τί ποτε λέγει, τὸ χαλεπὰ τὰ καλά, δοκῶ μοι εἰδέναι.
De illa communione egerunt inter alios E. v. VOORTHUYZEN
„De Platonis doctrina de communione bonorum, mulierum et
liberorum in libris de R. P. proposita" Diss. 1850 Ultrai. et
Dr. BLASCHKE „Der zusammenhang der familie- und güterge-
D meins. des Platon. Staates etc" 1893. Berl. prog. || Participium
οἰόμενοι e mg. irrepsisse puto. — Mox unus cod. *διαθρέψουσι*
praebet, unde suspicor Platonem dedisse *δὴ θρέψουσι*. Pro

γιγνόμενον Liebholdus (Fleck. Jbb. 1888) et Richards (Class. Rev. 1893) coniecerunt γιγνομένην (sc. τὴν κοινωνίαν) iure Campbellio improbante.

450 A Corrigendum puto τίθει pro τίθετε. || Rescribe τί δαί; ut
B tradiderunt Harpocrat. in χρυσοχοεῖν et Suidas; vid. dicta ad 343 A. Mox lege τουσδί, vide dicta ad 336 E. Par. A *non* μέτριον, sed μέτρον sec. Campb. praebet. — Infinitivus ἀκούειν epexegetice additus est, ut in 443 B οἰκίζειν, quamobrem non necesse cum Herwerd^{o} (Mn. 1883) et Richardso [1]) (Class. Rev. 1893) ante τοιούτων addere τοῦ. Post ἀποκάμῃς Bkk., alii recte
C *non* interpunxerunt. || Par. A c. aliis codd. πειρῶ ἄν exhibet, unde Baiter (prob. Campb^{o}) effinxit πειρῶ δή. At οὖν (Ven^{1} *Π*)
E bene se habet nec semel ἄν et οὖν confusa sunt. || Pro φίλων exspectaveram φιλτάτων, quod reponendum censeo.

451 A Recte Herwerd. (Mn. 1883) correxit (προσκυνῶ) δὴ pro δέ. Mox Madvigius (nullo editore probante) ci. ἁμάρτημα <εἶναι> ἀκουσίως κτλ, quod non necessarium duco, cum nihil obstet quominus ἐλπίζειν, si *credere* valeat, quemadmodum ἡγεῖσθαι, φάναι, λέγειν, similia, cum nudo accusativo construatur. In 453 D vel ἐλπίζοντας (sperantes) τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν occurrit. — Optimorum codd. lect. καὶ δικαίων νομίμων [2]) (sic Stallb. 1858 et Campb.) minime inepta est (Socrates enim per totam Politiam tanquam νομοθέτου munere fungitur) et loco in 484 D in. plane confirmatur. Reliqui editt. alii aliud legunt: V^{am} L δικαίων καὶ νομίμων (ut memini me alicubi in „Legibus" legere; cf. et Rep. 359 A) probarunt Ast et Bekker, Hermann autem et Baiter expunxerunt δικαίων, quod primus Schneider spurium esse suspicatus erat. — Corrige ἢ <ἐν> φίλοις. Vulgatam ὥστε εὖ με παραμυθεῖ prob. Schneid., Baiter, Campb., cum leni risu Socratem locutum esse rati, quod ab hoc loco alienum esse iam Cornarius (Eclog.) senserat, itaque V^{a} L <οὐκ> εὖ κτλ c. Steph. Bkk. Astio Stallb^{o} (1858) probanda est. Hermanni c^{a} οὔ pro εὖ non uno nomine displicet. Quam facile
B οὐκ ante εὖ excidere potuerit, non est quod moneam. || Pau-

[1]) Coniecit praeterea <ὡς> τοιούτων.
[2]) Νόμιμα sunt instituta, cf. Rep. 457 A, Legg. 636 B, 772 B, 884 A, alia.

corum codd. (in quibus Par. A) lect. <καὶ> καθαρὸν prob. Stallb. (1850) Herm. Bait. Campbell. Mihi locus interpolatus videtur et verba καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν insiticia. Etenim propter verba ὥσπερ φόνου ad ἀφίεμεν mente supplendum est τούτου i. e. τοῦ ἀπατᾶν ἡμᾶς τῷ λόγῳ, itaque verba μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν post καθαρὸν εἶναι plane frigent. Num quis unquam dixit ἀφίημί σε φόνου (ὥστε) καθαρὸν εἶναι *καὶ μὴ φονέα*? Equidem non credo neque opinor tu. Illud καὶ ante καθαρὸν dittographia natum est. Quominus verba ὥσπερ φόνου cum καθαρὸν [1]) iungamus (ut Schneider suasit [2])) prohibent non modo sequentia καθαρός γε καὶ ἐκεῖ ὁ ἀφεθείς, sed etiam loci huius consimiles ex. gr. Legg. 869 A ἐὰν ὁ τελευτήσας.... τὸν δράσαντα φόνου ἀφιῇ (ibidem in § D περὶ τῆς ἀφέσεως εἴρηται φόνου) ἑκών, καθάπερ οἱ τὸν ἀκούσιον φόνον ἐξεργασάμενοι..... καθαρὸς ἔστω. — V^{am} L εἰκὸς δέ [γε] Astius recte recepit; vide de tali usu coniunctionis
C δὲ dicta ad 332 B. || Recte Steph. et Ast V^{am} L μετὰ <τὸ> ἀνδρεῖον δ. receperunt, item Cobetus (nota ms.) τἀνδρεῖον corrigens; postquam in *ΜΕΤΑΤΑΝΔΡΕΙΟΝ* syllaba *ΤΑ* haplographia exciderat, μετ' factum est μετά. R. Förster (Mus. Rhen. 1875 et 1880) Platonem haec scribentem Sophronis μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους respexisse non inepte suspicatus est, cum hic voc. δρᾶμα alio sensu quam in Theaet. 150 A adhibitum
D sit. || Unus cod. cum Galeno exhib. <ταῖς μὲν> ὡς ἀσθενεστέραις probantibus Astio et Stallb^{o} (1829), male, quia ad κοινῇ πάντα mente supplendum est τὰς θηλείας; cf. infra 456 A πλὴν ὅσα (sc. ἡ μὲν) ἀσθενεστέρα, ἡ δὲ κτλ, ubi similiter Galenus <ἡ μὲν> praebet. — Non necesse (coll. Legg. 906 B) est corrigere φυλακικῶν (κυνῶν) pro φυλάκων, etsi Graece dici solet κύων θηρευτικός, non θηρευτής. Confer praeterea locutiones ἄνδρες φύλακες, νῆες
E φυλακίδες et in 401 A κύνας ἐπικούρους ποιμνίων. || Voculam καὶ ante διδακτέον omisit Par. A^{I}, sed καὶ ante τοῖς ἀνδράσι *non* om. A^{I}.

452 A Illud τε post ἐκείνοις in compluribus codd. abest necnon ap.

[1]) Vel sic verba καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν frigent, quia τούτου tum ad καθαρὸν εἶναι mente supplendum est.
[2]) Neque aliter Campbell vertit: We acquit you both as guiltless of our blood, so to say, and as not our deceiver.

Galenum, optime. Paulo ante praestat *μὴν* pro *μὲν* corrigere c. Richardso (Class. Rev. 1893), qui *τε* in *γε* recte mutavit. Mox idem l.l. *ἀπεδόθη* pro *ἐδόθη* requirit, recte opinor, nam ea quae debentur, *ἀποδίδοσθαι* dicuntur. In 457 A Stobaeus *ἀποδοτέον* pro *δοτέον* recte servavit. — Puto *παρὰ τὸ ἔθος* significare „respectu consuetudinis", *non* „contra consuetudinem" ut vulgo vertunt. V^am^ L *πεπράξεται* prob. Bkk. Ast Cobetus (nota ms.),
B at in 458 D occurrit *ἄξονται.* || Recte Herwerd. (Mn. 1883) transposuit *καὶ τὰς ἤδη πρεσβυτέρας*, licet improbaverit Campbell (Vol. II p. 252 sqq.) coll. 531 E *ἀλλ' ἤδη κτλ* (ubi V. L. *ἀλλὰ δὴ* ab Astio recte recepta), 391 D *ὥρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγάς*, 590 A *πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ*, Demosth. Coron. § 288 *ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ.* Fugit autem doctissimum editorem Britannicum adverbia sic distrahi solita fuisse ne praepositiones ante adverbia collocarentur, cf. Herod. II 27 *κάρτα ἀπὸ θερμῶν χωρέων.* Cum vero hic nulla praepositio adsit, tale hyperbaton ferri nequit. Mendi origo ex Eusebii lectione (*ἀλλ' ἤδη καὶ πρεσβυτέρας*) cognoscitur: exciderant enim propter homoeoteleuton verba *τὰς ἤδη*, deinde *ἤδη* super *καὶ* scriptum est. — Mox Herwerd. (Mn. 1891) verba *ἐν τοῖς γυμνασίοις* recte expunxit; est aut interpretamentum ad *ἐν ταῖς παλαίστραις* aut inficetum addita-
C mentum. || Herwerdeno (Mn. 1883) pro *τὰ αὑτῶν πράττειν* (hic positis pro *τὰ εἰωθότα πρ.*) requirenti *τὰ τοιαῦτα σκώπτειν* (s. *κωμῳδεῖν*) vel simile quid, *non* assentior ne (facetus?) iocus pereat. Quemadmodum enim *κεραμεύς*, si *τὰ ἑαυτοῦ πράττει, κεραμεύει*, sic *ὁ σκώπτων*, si *σκώπτει*, dici potest *τὰ αὑτοῦ πράττειν* (sensu Platonico). Si autem textus corruptus est, Herwerdeni c^a^ iusto audacior multoque lenior correctio ad manum est, nempe [*μὴ*] *τὰ αὑτῶν πράττειν "ΑΜΑ* [1]) [*σπουδάζειν*] *καὶ κτλ.*, itaque eidem interpolatori *σπουδάζειν* debebitur, cui supra verba *ἐν τοῖς γυμνασίοις.* — Recte Herwerd. (Mn. 1891) corr. *τῶν* <*τοιούτων*> *γυμνασίων*, quod magis probandum quam Richardsi *τῶν* <*γυμνῶν*> *γυμνασίων* (coll. Pind. Pyth. 11, 73 *γυμνὸν*
D *στάδιον*), quod nimis poeticum. || Verba *ὅτι μάταιος* .... *τὸν τοῦ ἀγαθοῦ* procul dubio corrupta et interpolata sunt, cum

[1]) Sexcenties ap. Platonem *τε* — *ἅμα καὶ* obvium.

primum bis idem dicatur (*ἢ τὸ κακὸν* et *ἢ τὴν τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ*), deinde multi optimique codd. c. Stobaeo post *κακοῦ* addant (prob. Bait. et Campb^o^) *καὶ καλοῦ αὖ* (ante *σπουδάζει*), denique verba *ὡς γελοίου* ridicule adhaereant. Hermannus, cui primo fraus suboluit, legit [*ὁ γελωτοποιεῖν* ..... *κακοῦ, καὶ*] *καλοῦ αὖ σπουδάζει πρὸς κτλ*, male, nam non modo verba quae eiecit, minime interpolationem redolent, sed etiam illud *καλοῦ* prorsus ridiculum [1]), quia *τὸ καλὸν* prorsus idem est ac *τὸ ἀγαθόν* nec Plato unquam scribere potuit *σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν* (*τοῦ*) *καλοῦ ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ σκοπόν.* Verba *καὶ καλοῦ* e praegresso *καὶ κακοῦ* dittographia nata esse et deinde *αὖ* accommodationis gratia intrusum a correctoribus recte Stallb. (1829) suspicatus est. Totum locum *recte* solus Cobetus constituit sic: [*ὃς γελοῖον .... καὶ*] *ὁ γελωτοποιεῖν* ..... [*ὡς γελοίου*] .... *ἢ* [2]) *σπουδάζειν* (V. L., Steph.) [*πρὸς* [3])] ..... <*προ*>*στησάμενος κτλ.* Annotaverat aliquis in mg. paucis Platonis sententiam comprehendens *μάταιος ὃς γελοῖον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακόν*, quae animadversio a librario stolide in textum invecta est. Verba *ὡς γελοίου* non modo frigent, sed nullam constructionem habent. Post *σκοπὸν* facile *προ-* vocis *προστησάμενος* excidere potuisse neminem fugiet. Herwerdeno (Mn. 1883) conicienti [*ὁ* c. Astio] *γελ.* et *ἀποβλέπει* assentiri nequeo, quia verba *ὃς*
E *γελοῖον κτλ* omnino abicienda puto. || Etiam Cobetus (Mn. 1875 p. 361) scripturam *φιλοπαίσμων* probavit. Praestat corrigere *εἴτε* <*τις*> *σπουδαστικός*, quia inter se contraria opponuntur. Optime Cobetus corr. *δυνατὴ* <*ἡ*> *φύσις* [*ἡ ἀνθρωπίνη*] *ἡ θήλεια*, non modo ob grammaticam (opus enim erat *ἡ ἀνθ. φύσις ἡ θήλ.*), sed praesertim quia verba *περὶ αὐτῶν* (i. e. *περὶ τῆς τοιαύτης μεταβολῆς* in B ult.) nullam dubitationem auditoribus relinquere poterant quin de mulieribus, non ex. gr. de subus feminis sermo esset.

[1]) Praeterea *τοῦ καλοῦ* requireretur (attende enim ad *τ ο ῦ ἀγαθοῦ*).

[2]) Illud *ἢ* a codd. abest, sed in omnibus veterr. editt. comparet. Bekker et Schneider idem exhibent, quod Stallb. (1850) edidit. Astius (1814) ci. *καὶ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρεῖ*...... *ἢ περὶ καλοῦ αὖ σπουδάζει*; postea (1822) autem idem deletis verbis *περὶ καλοῦ αὖ.*

[3]) *Πρὸς* delent etiam W. H. Thompson, Madvig, Herwerdenus.

453 A Dobraei transpositionem *κάλλιστα καὶ τελευτήσειεν* iure Stall-
B baum improbavit. || Heusdio corrigenti *ὑμῖν ἀλλήλοις* nemo
paruit, recte, cum procul dubio respiciatur locus in 452 E ult.
καὶ δοτέον ἀμφισβήτησιν εἴτε τις .... ἐθέλει ἀμφισβητῆσαι. — Mox
corrige *ἕκαστον* [*ἕνα* [1])] *ἓν* [*τὸ αὑτοῦ*] *πράττειν*. Post *κατὰ φύσιν*
verba *ἕνα* (i. e. *ἕνα ὄντα* cf. 433 D, 370 B) et *τὸ αὑτοῦ* plane
abundant. Recte Hirschigius (Argum. nonnull. in Platon. 1862
C et ed. Gorg. 1873) probante Baitero correxit *πῶς δ' οὔ* [*διαφέρει*]. ||
Galenus in § initio recte *νυνί*, quo vehementia orationis optime
ostenditur, tradidit. In § ult. recte Par. A^{I} *ταῦτ' ἔστιν* (pro
D *ἐστίν*) exhibet. || Temere Groen v. Prinstererum (fugit enim virum
d. Socratis orationem quodammodo a Glaucone interrumpi)
verborum ordinem in vulgata *οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, οὐ γὰρ κτλ*
sollicitasse patebit, si contuleris 605 E et Parm. 131 E *οὐ
μὰ τὸν Δία, φάναι, οὔ μοι δοκεῖ εὔκολον εἶναι τὸ τοιοῦτον κτλ.*
Cum coniunctio *γὰρ* saepe valeat idem ac „profecto," sine
causa Stallb. *γὰρ* ante *εὐκόλῳ* delendum censuit. Itaque et
O. Apelt (Observation. crit. in Plat. dial., 1880, Weimar Gymn.
Jhrsber.) sine causa (opus praeterea fuerat ni fallor *οὐ μάτην
γε μὰ τὸν Δία κτλ*) ci. *οὐ* <*μάτην*>, *μὰ τὸν Δία* (sc. verebaris),
ἔφη · οὐ γὰρ κτλ. — In proximis vocabulo *ἄπορον* nullum com-
modum [2]) sensum praebente nullus dubito quin Herwerdenus
(Mn. 1883) corrigendo *ἄτοπον* Platonis manum nobis reddiderit,
cum inter *θαυμαστὰ* (coll. Herod[i] verbis de Arione a delphino
servato *θῶμα μέγιστον, Ἀρίονα .... ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα κτλ*)
eiusmodi *σωτηρίαι* referendae sint. Naberi (Mn. 1879) c^{am} *ἄλογον*
E minus probandam duco. || V^{a} L *κατηγορεῖται* unice vera est,
cum supra Glaucon nusquam accusatoris partes susceperit.
454 B Unum Venetum Ξ *τὸ* <*μὴ*> *τὴν αὐτὴν φύσιν ὅτι κτλ* prae-
bentem secuti sunt omnes editores praeter Baiterum, qui (prob.
Herm. et Hellero Cur. Crit. p. 31 sq.) *ἄλλην* pro *αὐτὴν* coniecit.
Mihi illud *ἄλλην* displicet propterea quod coll. § ult. (*ἄλλῃ*

---

[1]) Abest ab aliquot codd.

[2]) SCHNEIDER *ἄπορον σωτ.* intelligens „salutem, quae humana ope conciliari nequit" voci *ἄπορος* vim attulit. *Τὰ ἄπορα* enim quamtumvis difficilia comparatu tamen semper ipsorum hominum opera et labore comparantur, ut 378 A *ἄπορον θῦμα*.

φύσει ἄλλα, τῇ δὲ αὐτῇ ταὐτά) sine dubio Plato tum pro *οὐ τῶν
αὐτῶν* scripturus fuerat *ἄλλων*. Equidem puto propter homoeote-
leuton [1]) aliquid excidisse, nempe *μὴ τὴν*, itaque Platonem
C scripsisse *τὸ τὴν* <*μὴ τὴν*> *αὐτὴν κτλ.* || Complures codd.
recte praebent *οὐχὶ ἐναντία* pro *οὐχ ἡ ἐναντία*. Vide 455 A *οὐχ
ἡ αὐτή, ἀλλὰ ἑ τ έ ρ α κτλ.* Sexcenties [2]) in codd. *ι* et *η* confun-
duntur, sic in § B Galeni codd. *ὁτιοῦν* pro *ὁπηοῦν* exhibent. —
D Mox Par. A^{II} $\text{μόνον}^{\text{ὄν}}$ exhibet. || V^{am} L *ἰατρικὸν μὲν καὶ ἰατρικὸν
τὴν ψυχὴν ὄντα recte* prob. Schneid. Stallb.(1850) Bait. Madvig
Campbell. Prius *ἰατρικὸν* idem significat atque *ἰατρόν*, sicut infra
τεκτονικὸν est *τέκτονα*, itaque sine causa Bekker (prob. Astio et
Stallb. ed. Goth.) coniecit *ἰατρόν*. Hermanni inventum *ἰατρικὸν
μὲν καὶ ἰατρικὴν* (V. L sc. mulierem) *τὴν ψυχὴν ὄντας* prorsus
improbandum [3]), quia Socrati nondum de mulieribus mentionem
facere licet nec Richardso (Class. R. 1893) conicienti *ἰατρικὸν μὲν
καὶ ἰατρικὸν* <*εὐφυᾶ*> *τ. ψ. ο.* (coll. 455 B, 409 E) quemquam
assensurum confido. Sequens *ἐλέγομεν* vertendum est „existime-
bamus" „nobis *ἰατρικὸς* et *ἰατρικὸς τ. ψ. ὢν* eandem naturam
habere videbantur" vel simili modo, nam quominus cum Astio
„diximus" vertamus iam solum sequens illud *οἴει* prohibet:
Astii *diximus* enim probandum esset, si pro *οἴει* Plato *ἦ οὐ
μνημονεύεις;* scripsisset, at in praegressis nondum de *ἰατρικῷ* et
ἰατρικῷ τ. ψ. ὄντι sermo fuit. — In proximis corrige aut *ἤ*
<*τι*> *ἄλλο* [*ἐπιτήδ.*] aut *ἤ* <*τι*> [*ἄλλο*] *ἐπιτήδευμα*. Vulgata
sana non est. — Mox recte (licet Campb. improbaverit) Richards
(Class. Rev. 1893) *διαφέρειν* pro *διαφέρον* correxit („*διαφέρον*
cannot be used of two subjects, though of course *διαφέροντα*
might be"), nam facilius ad *διαφέρειν* mente supplere *ἀλλήλων*
E quam ad *διαφέρον* verba *τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου*. || Non pauci codd.
c. Galeno *καὶ ὀρθῶς* <*γ'*> exhibent probante $Stallb^{o}$ (ed. Goth.),
recte. — Pro *κελεύομεν* Stallb. requirebat *κελεύσομεν* (sic edidit

---

[1]) Sic paulo post (§ C) Par. A^{I} post *πάντως τὴν αὐτὴν* omisit verba *καὶ τὴν* (ab A^{II} in mg. addita).

[2]) Vide ex. gr. Helleri Curas Crit. p. 19 s. f.

[3]) Plane Campbellio assentior scribenti „Plato could not be guilty of the clumsiness of assuming at the very beginning incidentally the general proposition which he had to prove viz. the aptitude of women for all pursuits."

1858), at verum diu in Veneto Ξ exstat, nempe *κελεύωμεν* (conj. deliber.).

455 B Herwerdenus (Mn. 1883) *εὐφυᾶ* et *ἀφυᾶ*, in § C *εὐφυᾶ* recte restituit. In § ult. Stobaeus formam Atticam *ὑπηρετοίη* ser-
D vavit. || Galenus et Eusebius *ἔστι πάμπολυ* pro *ἔστι πάντων* exhibent, quam lectionem quis attendens paulo post sequi *πολύ* librariorum incuriae recte imputabit. Mox sine causa èt Richards (Class. Rev. 1893) ci. *κρατεῖ* pro *κρατεῖται* [1]) èt Hermannus *μέντοι* divise scripsit, ut fecit etiam 473 C et Phaedon. 76 B; hic autem *μὲν* pravum esse quisque sentit (hoc loco *μέντοι* significat „certe quidem"); scribere Plato potuisset *πολλαὶ μὲν*
E *γυναῖκες κτλ*, non id quod Herm. excogitavit. || Herwerdeno (Mn. 1883) corrigenti *ἐν πᾶσι* vel *ἐν ἅπασι* pro *ἐπὶ πᾶσι* (quod „post omnes s. post omnia" significare solet) plane assentior, coll. § D *ἐν ἅπασιν*. Lege paulo post cum uno cod. *γυναιξὶ* pro *γυναικί*. — Verba *ὡς φήσομεν*, quae post *οἶμαι* nullum sensum praebent, interpolatori reddenda sunt; etiamsi, *quod tamen prorsus non ita est*, Socrates cum quodam ficto adversario loqueretur, vulgata prava esset, quia tum *φήσομεν* sine *ὡς* scribi et *οἶμαι* expungi oporteret. — V^{am} L *καὶ γυμναστικὴ ἄρα καὶ πολεμική* receperunt Bkk. Ast Stallb. (1829 et 1850), optimo iure spernentes Par^{1} A lectionem *γυμναστικὴ δ' ἄρα οὔ*, [2]) *οὐδὲ πολεμική* (a Schneid. Herm. Bait. Stallb. 1858. Campb. probatam), quam si horridam dico, a vero non longe aberro. Iam Galenus *καὶ πολεμικὴ* pro *οὐδὲ πολ.* exhibet et *καὶ* ante *γυμναστικὴ* etiam Ven. *Π* servavit. Est hic locus ex iis, quibus resarciendis non ex optimis, sed ex interpolatis codd. auxilium nos petere oportet; me iudice textus sic restituendus: *καὶ γυμναστικὴ δ' ἄρα* (<*οὐ*>?) *καὶ πολεμικὴ κτλ*; Nullus enim hic particulae *ἄρα* locus est, quia ex enunciato esse *γυναῖκα ἰατρικὴν* non sequitur esse etiam *γυναῖκα γυμναστικὴν*; si autem *ἆρα* legitur, tum demum Glauconis responsum *οἶμαι ἔγωγε* commode annectitur.

456 A E Monacensi *q* Bkk. edidit *γυμναστικὴ* (pro *φιλογυμναστική*),

---

[1]) Campbell confert Aeschin. de F. L. § 152 *κρατεῖσθαι ἡδονῶν*.
[2]) Particula interrogativa.

quod probandum duco tam propter sensum — Astii c^{a} *φιλογυμναστὴς* certe magis idoneum sensum praebet quam vulgata lectio — quam propter praegressum *γυμναστική*. Mox corrige *τοιαύτην καὶ* <*τὴν*> *τῶν ἀνδρῶν κτλ* propterea quod voci *ἀνδρῶν* articulus additus est. — Fere omnium codd. *πλὴν ὅσα ἀσθενεστέρα ἢ ἰσχυροτέρα ἐ.* lectionem (a fere omnibus editt. receptam) iam Astius recte improbaverat, qui cum uno $Stallb^{o}$ ex Eusebio (et Galeno) edidit *ἡ* (pro *ἢ*) <*δ'*> *ἰσχ. ἐστίν*. Eusebii lectio loco in 451 D ult. *κοινῇ, ἔφη, πάντα· πλὴν ὡς κτλ* plane confirmatur. Sententiae initium verte: „èt mulieris igitur èt viri etc," *non* ut vulgo perperam fit „etiam mulieris igitur etc"; nec magis paulo post coniunctio *καὶ* (ante *γυναῖκες*) per „etiam" Latine vertenda, sed vulgaris copulae vim obtinet: ex conclusione enim *ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνή* duo colliguntur, primo tam viros quam mulieres urbis custodiae pares esse, secundo
C tales mulieres uxores custodum fieri oportere. || V^{am} L *εἰ δυνατά τε καὶ β.* prob. Bkk. Stallb. (ed. Goth.) Herm. Bait. Campb., recte, quod vel sine codd. reponendum esse sola sen-
D tentia iuberet. In 457 C *δυνατά τε καὶ ὠφέλιμα* (i. e. *βέλτιστα*). || V^{am} L *ποτέρους* unus Stallb. (ed. Goth.) recepit, sine causa, cf. 334 C initio Corrigendum censeo *γελοῖόν* <*τι*>, post *N* facile *TI* excidere potuit. — In § ult. et in § E in. Baiter Heller (Cur. crit. p. 40) Campbell *τί δαί* e Par^{o} A receperunt, male,
E vide dicta ad 343 A. || Recte unus cod. *τι* <*τῇ*> *πόλει* praebet propterea quod de Platonica civitate nunc sermo est. Complures codd. *τῇ* pro *τι* exhibent.

457 A Iterum corrige <*τῇ*> *πόλει*, vide dicta ad 412 C et attende ad discrimen inter (457) *τῆς περὶ τὴν πόλιν* et (455 A) *περί πόλεως*, (464 B) *πόλει* et *τῇ πόλει*. — Cobetus (nota ms.) ci. *ἔθεμεν* pro *ἐτίθεμεν*, quo non opus coll. 456 C. Mox Herwerd. (Mn. 1883) scribi vult *ἀμφιοῦνται*, rectissime. Post pauca Stobaeus
B *ἀποδοτέον* pro *δοτέον* tradit, optime, vid. ad 452 A. || Par. A exhibet *γυναζομέναις*. In proximis aut *τοῦ γελοίου* aut *σοφίας* insiticium esse recte multis viris dd. visum est. J. G. S. Schneideri (cui Saxoni cognomen fuit) c^{am} *τοῦ γελοίου* [*σοφίας*] probarunt Badhamus (Phaedri praef.) et Cobetus, *male*, non modo quia vereor ut an *τὸ γέλοιον* pro *σκῶμμα* (facetiis) vel

potius cavillandi studio Plato dicere ausus sit, sed praesertim quia tum verbis *οὐδὲν οἶδεν ἐφ' ᾧ γελᾷ* tautologia nascitur. Itaque magis probo (c. Stallb° et Herwerd° Mn. 1883) Astium verba *τοῦ γελοίου* expungentem. Cum enim *οἱ χαρίεντες* sibi *σοφοί* videri soleant, salsissime mihi videntur Pindari verba a Platone in *τοὺς σκώπτοντας* conversa esse. Verba *τοῦ γελοίου* [1]), quae e mg. irrepserunt ut in 452 D ult. *ὡς γελοίου*, aliquis adscripsit ad *ἀτελῆ*, quo indicaret illam *σοφίαν* res haud dignas risu perstringere. Ad *σοφίας δρέπων καρπὸν* cf. ex Euthydem. 305 E *καρποῦσθαι τὴν σοφίαν*. — Mox Herwerd. (Mn. 1883) optime pro *διαφεύγειν* aor. *διαφυγεῖν* reposuit et in responso
C *διαφεύγεις* interpolatori reddidit. || E Par. A Schneid. Herm. Stallb. (1858) et recentes editt. recte *ὁμολογεῖσθαι* receperunt et paulo post unus Stallb. (ed. Goth.) e V. V. L. L. *φήσεις γε* et *φήσεις δὲ* Platonis manum restituit scribendo *φήσεις δέ γε* i. e. „profecto, sed dices etc." Mox recte Cobetus corr. *φέρε δὴ ἴδω* („scriptum erat * *ΕΡΕ ΔΗ* et stulte expletum est"), Richards
D autem (Class. Rev. 1893) mavult *Ἄγε δή, ἴδω*. || Corrigendum puto *τοῦ δυνατοῦ* <*τε*> *πέρι καὶ κτλ.* In § ult. e duobus codd. Bait. et Campb. *πλείστην* <*ἂν*> *ἀμφισβήτησιν* ediderunt pro-
E bantibus Cobeto (nota ms.) et Madvigio, recte. || Corrige *δυνατοῦ* <*τε*> *καὶ μὴ* hic et infra 458 A; vide dicta ad 334 E. Mox Herwerdenus optimo iure (nam *δίκην ὑπέχειν* alio [2]) sensu dicitur) vocem *δίκην* expunxit *λόγον* verissime cogitatione supplens e praegressis.

458 A Non pauci codd. *εἶναι* post *ὑπάρχον* omittunt c. uno Astio, optime, cum *εἶναι* non e duarum constructionum mixtura (ut ex. gr. *fortasse* in 459 B *ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων*) defendi possit. In § B optime *ὡς δυνατῶν ὄντων θείς*. Vir d. Postgate de verbo *τίθημι* nonnulla in „Journal of Philol. 1886 p. 111—19" disputans *ἤδη* (V. L) pro *εἶναι* requirere videtur,
B quod propter continuo sequens *ἤδη* recipi nequit. || V^{am} L *εἰ δυνατὰ* pro *ᾗ δ.* cum Stephano unus Stallb. (ed. Goth.) probavit, male, quia *ᾗ* respondet verbis *τίνα τρόπον ἔσται* in prae-

[1]) Theodor. Ther. 9 p. 937 *διὰ τοῦ γελοίου* tradit.
[2]) Cf. v. c. Herod. II 118, Demosth. Parap. § 95.

gressa comparatione (in § A) adhibitis. Similiter in 472 B in. *πῇ δυνατὴ γίγνεσθαι* Socrates dixit, ubi exspectaveras *εἰ καὶ πῇ δυνατὴ γίγνεσθαι*. Falso (cf. enim 471 C. E ult.) Schneider contendit posse aliquid fieri haud aliter demonstrari nisi modum quo fieri possit ostendendo. — Ad *ὅτι πάντων ξυμφορώτατ' ἂν κτλ* e *σκέψομαι* mente supple *ἐνδείξομαι* vel simile quid. Particulam *τε* post *τῇ* cum Par° A omiserunt Herm. Bait. Campb., at utcumque legitur insolite (sive *οἱ νέοι* verbis *τοῖς φύλαξι* indicantur sive *οἱ ἄρχοντες*) verba *τῇ πόλει* „*τὸν δῆμον*" significant, quamobrem suspicor Platonem tantummodo *τῇ πόλει* scripsisse
C et verba *καὶ τοῖς φύλαξι* e mg. irrepsisse. Lege *παριεῖς*. || Herwerdenus (Mn. 1883) sine causa corrigendum putavit *εἴ τε τούτοις* <*οἱ*> *ἐπίκουροι* et mox parum recte V^{am} L *μὴ πειθομένους* pro *μιμουμένους* probavit. Optime enim Grou vertit „et d'en suivre l'esprit dans les règlements que nous abandonnons à leur prudence," vide 425 D ult. *ἀλλ' οὐκ ἄξιον, ἔφη κτλ*, 427 A in. *ἐγὼ μὲν τοίνυν κτλ.* [1])

459 A Unus cod. exhib. *θηρευτικάς*, fortasse recte, cum Graeci canes venaticas plerumque fem. gen. appellare consueverint: cf. Steph.
B Thesaur. in v. *κύων* et Xenoph. Cynegeticum. || Non male pauci codd. post *ἄκρων om.* inf. *εἶναι*, cf. statim post in § C *ὅτι ἀνδρειοτέρου δεῖ τοῦ ἰατροῦ*. Verisimile est *εἶναι* hic, infra in § C post *ἡγούμεθα*, supra 458 A post *ὑπάρχον* uni atque eidem
C interpolatori deberi. || Corrigendum arbitror (*ἰατρὸν*) *δή που* pro *δέ που*. Astius (minus recte opinor) ci. *γέ που*, at in 460 B in. v. c. particula *γε* in *γέ που* ad *καὶ* pertinet, non ad *ἀγαθοῖς*. Liebholdus (Fleck. Jbb. 1888) sine causa *ἰατρῶν* (V. L) et *διαίτης* requirebat. — V^{am} L *ἐθέλουσιν* pro *ἐθελόντων* prob. Steph. Madvig Baiter, quod probassem, si Plato *non ἀλλά*, sed *δὲ* posuisset. Mox Dobraeus (Adv. Crit.) ci. *ἡγούμεθ' ἄν*, quo non opus, cf. ex. gr. *ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος οὐ παιδεύεται*. — Infinit. *εἶναι* spurium recte duxerunt Steph. Ast Madvig Bait. Herwerd. (Mn. 1891), qui cum Stephano etiam *ἐξαρκῆ ἡγ. εἶναι* proponeret „si usus adi. *ἐξαρκὴς* non rarus esset, saltem in

[1]) Optimis codd. *κοινὰ* pro *κοινῇ* praebentibus fere omnes editt. recte obtemperarunt. Vereor ut an *ἀναμεμιγμένων* pro *ἀναμεμιγμένοι* ferri possit.

pedestri oratione." — Mox Richards (Class. Rev. 1893) ci. ὅτι αὖ δριμυτέρου δεῖ τ. λ. coll. 519 A, 535 B, anno post autem (l. l.) malebat ὅτι ἀνδρικωτέρου coll. ex. gr. Isocr. 13. 17, quas c^{as} v. d. non proposuisset opinor, si v. c. locutionem εὖ τε καὶ ἀνδρείως (Legg. 855 A) contulisset. Cf. etiam 454 B ἀνδρείως
E τε καὶ ἐριστικῶς. || Ad ἀκρότατον (immerito a Steph. sollicitatum) cf. v. c. 543 A τῇ μελλούσῃ ἄκρως οἰκεῖν. Par. A c. Ven^{o} *Π* omisit (prob. Stallb. ed. Goth.) ἔσονται post νομοθετητέαι, optime.
460 C V^{a} L εἴς τινα σηκὸν probanda est, quia ille σηκὸς supra non memoratus est; demum in § ult. (ἐπὶ τὸν σηκόν) articulus ferendus. Possis etiam artic. delere, sed ter repetitum pron. indefin. (εἴς τινα σηκόν .... παρά τινας τροφούς .... ἔν τινι μέρει) rem inauditam expondituro aptissimum est. — Infantes debiles non interfici, sed in classem tertiam tradi putarunt (coll. Tim. 19 A τὰ δὲ τῶν κακῶν εἰς τὴν ἄλλην λάθρᾳ διαδοτέον πόλιν) W. Wiegand („Berichtigung eines misverständnisses der Uebers. und Erklärer Platons" Philos. monatsch. 1875, XI p. 337—40) et Heller [1]) („Jahresb. des Philol. Vereins zu Berlin"), quibus autem Campbell adversatur coll. Aristot. Pol. 7, 16 § 15 et „nor can", inquit, „the milder view be defended by Timaeus 19 A (τὰ δὲ τῶν κακῶν κτλ): for it is not necessary that Plato should be perfectly consistent" (verisimile enim est iam in Timaeo Platonem sententiam de interficiendis vel τοῖς τῶν φαύλων φυλάκων ἐκγόνοις immutasse, sicut in dialogo de Legibus totam illam mulierum communitatem abiecit), *rectissime*: namque nec propter ominosa verba ἐν ἀπορρήτῳ τε καὶ ἀδήλῳ κατακρύψουσιν [2]) nec propter locum in 415 B C nobis licet opinari Platonem τὰ ἀνάπηρα ἔκγονα tantummodo eaque ἔκγονα, de quibus 461 A. B sermo sit, interfici voluisse: non enim boni νομοθέτου fuerat τὸ δημιουργῶν καὶ γεωργῶν ἔθνος (i. e. tertiam classem) debilibus, vitiosis, spuriis elementis (venia sit verbo) attenuare. — Mox optime Herwerd. (Mn. 1883) corr. εἴπερ <γε> μέλλει i. e.

[1]) „Das Platon nur von Versetzung in den 3ten Stand spricht, scheint (mit Göttling und Stallb.) nach den Auseinandersetzungen des Verfassers (Wiegand) auch mir gewiss: ich bin daher auch geneigt 461 C und 459 E (τῶν δὲ μὴ sc. τρέφειν) in diesem Sinne zu erklaren."

[2]) Cf. γῇ κρύπτειν ap. Herod. I 216 et ap. tragicos τάφῳ κρύπτειν.

D „profecto, si etc." || V^{am} L αὖται (sic Ast Bkk. Stallb. 1858) pro αὐταὶ recentes editt. et Heller (Cur. crit. p. 25) recte reiecerunt. — Recte Grou vocem τίτθαις vertit „les nourrices mercenaires." Interdiu igitur ipsae φυλακίδες nutriebant, at noctu τίτθαι? An sunt h. l. τίτθαι non diversae a τιθήναις, *licet alia scholiastes praecipiat?* Si nescirem infantes etiam noctu nutriendos esse, libenter corrigerem τιθήναις τε καὶ τροφοῖς coll. Tim. 88 D τιθήνην τε καὶ τροφόν. — Paucorum codd. et Stobaei lect. προὐθέμεθα prob. Stallb.(1829), Madvig, Baiter, Campb., rectissime. Ad adverbialem locutionem τὸ δ' ἐφεξῆς
E cf. τὸ μετὰ τοῦτο, τό πάλαιον, τἀρχαῖον, alia. || Scribendum est εἰκοσετίδος, τετταρακοντουτίδος, πεντεκαιπεντηκοντουτοῦς, cf. ap. Aristoph. Acharn. init. πεντετεῖς, δεκετεῖς, τριακοντουτίδες, Rep. 539 A τριακοντουτεῖς, 540 A πεντηκοντουτῶν, 540 E δεκετῶν, 615 A χιλιετῆ, Legg. 789 E τριετές, 809 E δεκετεῖ, alia id genus. Editorum his in scripturis inconstantia maxime vituperanda. Verba ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν e poeta aliquo petita Stallb. et Herwerd. (Mn. 1883) censent.
461 A J. Richter (Fleck. Jbb. 1867, bd. 95) ci. δίκαιον φήσομεν, ἅτε ἁμαρτήματος παῖδα φιτύοντος τῇ πόλει κτλ, at vulgata sanissima est. Pro γεννήσεται e paucis codd. Ast [1]) Bekk. Stallb. (ed. Goth.) γενήσεται receperunt, scilicet ne post γεννήσεται participium φύς (i. e. satus [2])) absurde abundaret, *optime*, sed praeterea γεγονὼς in § B in. interpolatori reddendum, quia praegressum φὺς iam sufficit nec γεγονώς idem ac „satus" significare posse
B censeo (cf. 461 D γεγονότα). || Ven^{1} *Ξ* et Eusebii lect. ᾗ ἂν ἐθέλωσι prob. Ast Bkk. Stallb.(ed. Goth.), *male*, quia αὐτοὺς ad utrumque sexum referri nec tali breviloquentia apud Platonem nos offendi oportet (ᾧ est *neutr. generis*, cf. in § ult. καὶ ἃ
C νυνδὴ ἔλεγες). || Recte Astius e compluribus codd. <τὰς> γυναῖκας recepit. Non necesse est pro ἐπὶ τὸ κάτω reponi εἰς τὸ κάτω, confer enim locum e Phaedro εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκόθ' ὁρᾶν. — Eusebii et Theodoreti lectionem μὴ εἰς φῶς (pro μηδ' εἰς φῶς) optimo iure Astius probabat, cum post μάλιστα con-

[1]) Qui prave vertit λάθῃ „lateat", debuerat enim „si latuerit."

[2]) Cf. nomen οἱ φύσαντες, quo apud poetas parentes gaudent.

iunctio μηδ' (ne — quidem) prorsus frigeat. Mox Cobetus corr. μηδὲ ἕν, optime, nam γε hic plane ineptum. Par. A^{II} exhibet μὴ δέ γ' ἓν i. e. μηδ' ἓν vel μηδέν (V. L). — Paulo post Eusebius exhibet ἐκτιθέναι (Steph. Astio Herwerdeno Mn. 1883 probantibus) speciosius quam verius, cum parum probabile sit Platonem hic minus involutis verbis quam supra (460 C, 461 A. B) miseram sortem illorum extra legem natorum declarare voluisse. Puto vulgatam sic commode Latine verti posse „tum (οὕτω = ἐν τούτῳ) existimanto [1]) ac persuasum habento nullam tali proli τροφὴν datum iri," quo minime obscure significatur ipsorum parentum (non amplius magistratuum ut in 460 C, 461 A. B) officium futurum esse talem prolem expositione, suffocando aliove modo vita privandi. Paulo aliter Campbell vertit „to dispose of it on the clear understanding that such an offspring is not to be reared." Herwerdenus praeterea τιθέναι (coll. 469 A) de sepultura intelligi iussit quod permirum mihi videtur, nam non τὸ θάπτειν ἔκγονα, sed τὸ ἀποκτείνειν novum institutum est. An *vivos* sepeliendos illos infantes vir d. putabat? Valde praeterea vereor ut de quocunque funere poni possit τιθέναι nullo additamento (velut ἐν τάφῳ) adjecto. —
E Lege νυνδή, item initio § E. || Verba παρὰ τοῦ λόγου G. A. Hirschigius delebat, sine causa: abundant quidem neque aliud quidquam significant quam τῷ λόγῳ [2]) („disputatione", „investigatione nostra"), sed per se spectata (cf. Gorg. 489 A βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ, Symp. 199 B ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ) mihi non spuria videntur.

462 A Frustra Dobraeus (Advers. Crit.) pro ἆρα ἃ νῦν ci. <εἰ>
C ἆρα ἃ νῦν; cf. v. c. Gorg. 467 A. Mox lege νυνδή. || Expunge verba καὶ περὶ τοῦ ἀλλοτρίου, quae futile interpretamentum sunt vocis τὸ οὐκ ἐμόν, audi ex. gr. Iamblichum de v. Pyth. c. 30 (ed. Kiesl.) ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὸ ἐμὸν φθέγγεσθαι καὶ τὸ ἀλλότριον nec legisse videtur Proclus in scripto Ἐπίσκεψις τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους κτλ p. 132. (ed. R. Schoell 1886) cum scripserit ταὐτὸν

---

[1]) Τιθέναι saepe significat „existimare", cf. Soph. Antig. 1166 οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον κτλ.

[2]) Male Campbell vertit „to obtain confirmation from the argument."

λέγειν τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν καὶ μὴ τὸ μὲν ἄλλον, τὸ δὲ ἄλλον τῶν πολιτῶν. Verba κατὰ ταὐτὰ ad φθέγγωνται pertinent. Mox eidem interpolatori verba ἐπὶ τὸ αὐτὸ reddantur, interpretamentum sequentis κατὰ ταὐτό. Praeterea bonus Atticus scriptor ἐπὶ τῷ αὐτῷ dedisset, sicut semper λυπεῖσθαι, χαίρειν ἐπί τινι dicitur. Cornarii inventum πρὸς ταὐτὸ pro ἐπὶ ταὐτὸ grammatica, non sententia commendatur. Vide simile interpretamentum a nobis p. 436 B, E deprehensum. — Post ἀνθρώπου ἔχει Schneider recte interrog. signum posuit propter Glauconis verba in § D καὶ τοῦτο ὃ ἐρωτᾷς. — Ad verba ὅταν που ἡμῶν δάκτυλός του πληγῇ κτλ Littraeus et Fr. Poschenrieder (de quo vide ad 405 D) contulere Hippocratis scriptum „De locis in homine c. I."

463 B Unus Schneid. c. multis codd. et Stobaeo post τῶν ἀρχόντων artic. τῶν omisit, male. In Par. A videtur librarius bis ἀρχόντων deinceps scripsisse; rasuram quinquies signo ÷ posito implevit. In § E lege νυνδή.

464 A Dele post ὀρθῶς γε verbum ἔφαμεν (et in § B post ἔφη ver-
B bum ὡμολογήσαμεν), quia γε iam significat ἔφαμεν usu notissimo. || E recentioribus editt. unus Schneider (c. Bkk^{o}) V^{am} L ὡμολογοῦ-
D μεν male tenuit. || Optimorum codd. lect. τὸ μηδὲν ἴδιον ἐκτῆσθαι tandem aliquando et Stallb. (1858) veram esse agnovit. Mox corrige ὑπάρξει pro praesenti, cum praecedat οἰχήσεται et
E in § E sequatur καὶ μὴν οὐδὲ..... ἂν εἶεν. || G. A. Hirschigio ἀπηλλάχθαι spurium videbatur, rectissime, cum post formulam πολλὴ ἀνάγκη Plato praegressum verbum lectori repetendum relinquere soleat. Obiter corrige αἰκείας. — In proximis Cobetus (probante Herwerd. Mn. 1883 et 1891) vocem δικαίως recte expunxit; insolite enim δικαίως hic significat „ut licet exspectare." Frustra Campbell ad vocem defendendam contulit locutionem (430 E) εἰ μὴ ἀδικῶ. Videtur δικαίως ex iterato praegresso vocabulo δίκαι ortum esse. Mox Ast et Stallb. (ed. Goth.) V^{am} L ἀνάγκην.... ἐπιμελείας (sic et Stob.) receperunt, Stephanus autem V^{am} L ἀνάγκῃ.... ἐπιμέλειαν; at nihil opinor obstat quominus optimorum codd. lectionem ἀνάγκην.... ἐπιμελείᾳ (a reliquis editt. probatam) significare posse putemus ἀναγκαῖον ἐπιμέλειαν σωμάτων τιθέντες, itaque eam probandam censeo.

465 A Articulus ante *ἄρχοντες* ab optimis codd. abest, male, cf. 458 B E 459 E; verisimile est Platonem scripsisse *ἄρχοντες*. Mox Astius vulgatam merito culpans (nam quominus ad *ὅτι* praecedens *δῆλον* repetamus multa obstant nec, quae Schneideri opinio fuit, verba *ὡς τὸ εἰκὸς* anacoluthice pro *εἰκὸς* posita esse probabile est) coniecit *καὶ μὴν ὅ γε νεώτερος*, quod qui probent praeterea <*τὸν*> *πρεσβύτερον* corrigant necesse est; ego autem malo pro *ὡς τὸ εἰκὸς* rescribere *εἰκός*, post quod comma ponendum. Dubitanter propono (coll. 412 C) *προστετάξεσθαι* <*δῆλον*>. *Δῆλον. Καὶ μὴν ὅτι γε κτλ.*, quae medela lenissima est. [1]) — Paulo post transpone *οὔτε τύπτειν* ante *οὔτε* <*τι*> *ἄλλο βιάζεσθαι*, quia species ante genus poni solet. Exciderant negligentia verba *οὔτε τύπτειν* et deinde in alienam sedem devenerunt. Pro *ἄλλο βιάζεσθαι* multi codd. et Stobaeus *ἄλλως β.* praebent, quod propter sequens *ἄλλως* recipere reformido. — Par. A
B exhib. *ἄλλος ἀτιμάσει*, de quo mendi genere vid. ad 399 C. || Madvigii c^{am} (*δέος δὲ*) *τοῦ* pro *τὸ* optimo iure (nam sic demum et sensus et grammatica salva evadunt) receperunt Bait. et
C Campbell. || Astio voc. *πένητες* delenti assensi sunt Stallb. (1829. 1850) Bait. Herwerd. (Mn. 1891), rectissime, nam *κολακείας* pendet a *λέγειν*, non ab *ἀπηλλαγμένοι ἂν εἶεν*, itaque ille nominativus tanquam in aere suspensus est. Verbi *ἀπηλλαγμένοι ἂν εἶεν* subjectum est *οἱ πολῖται* (non *οἱ πένητες*), similiter in § D verbi *ἀπηλλάξονται*. H. Jackson (Journ. of Philol. 1872) grammaticae succurrens ci. *πένητος* (gen. subject.), quod non minus friget quam Stallbaumii (1858) inventum *πενίας* (i. e. *πενήτων*). Ante *ἀπορίας* non interpungendum est neque infra ante *ὅσα τε*. Mox unius cod. Ven^{1} Ξ et Stobaei lect. *παιδοτροφίαις* probarunt Steph. Ast Stallb., recte puto; similiter in 459 A Par. A mendose *παιδοποιίαι* pro dat. plur. exhibet. — In proximis dele part. *παραδόντες*, interpretamentum vocis *θέμενοι* (unde *ταμιεύειν* pendet). In e uno Stobaei codd. *παραδόντες* ante *ταμιεύειν* collocatum. — Optimorum codd. et Stobaei lect. *δῆλα* (pro *δειλά*) receperunt inde a Bekkero omnes editt. necnon

[1]) Postquam prius *δῆλον* excidit, verbum *προστετάξεσθαι* mutatum in *προστετάξεται*. Similis constructio occurrit 485 A .... *ὡμολογήσθω* .... *Ὡμολ. Καὶ μὴν* (sc. *ὡμ.*) *κτλ.*

Stallb. (1858), *inepte*, nam primum non *τὸ δῆλα εἶναι* est *ἀπρεπές τι* (cf. in § in. *δι' ἀπρέπειαν ὀκνῶ*), sed *τὸ δειλὰ εἶναι*, deinde per *τε—καὶ—καὶ* semper coniunguntur res eiusdem generis, [1]) itaque ob duas causas *δῆλα* hinc alienum est. Pro *δειλὰ* Bene-
D dictus (prob. Herwerd. Mn. 1891) sine causa ci. *δοῦλά*. || Ad *δῆλα* mente supple *ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει*. Mox recte Cobetus corr.
E *ἀπηλλάξονται* probante Baitero, cf. in § C *ἀπηλλαγμένοι ἂν εἶεν*. || Post *ζῶντες* pauci codd. et Stobaeus *τε* omittunt Stallb^{o} (1829) probante, rectissime, etsi mihi gravis suspicio incidit verba *ταφῆς ἀξίας μετέχουσι* interpolatoris esse, quod Glauconis responsum *καὶ μάλα καλὰ* (sc. *γέρα*) quodammodo confirmare mihi videtur. Vox *γέρας* coll. 414 A, Legg. 947 E etiam de sepultura solemni usurpatur.

466 A V^{as} L L *ποιοῖμεν — σκεψοίμεθα — ποιοῖμεν* probarunt Bkk. Madvig Baiter Campb., rectissime. Mox Hirschigius (ed. Gorg. 1873) iure correxit *οἶ ἔξον* pro *οἷς ἔξον*, attractioni enim hic nullus locus. In § ult. corrigendum censeo *πολὺ καλλίων τε καὶ*
B *ἀμείνων*. || Pro *διὰ δύναμιν* Madvigius ci. *διαδῦναι*, male, cum *διαδύεσθαι* fere significet „clam se subducere" (cf. ex. gr. Lysid. 216 D *διολισθαίνει καὶ διαδύεται ἡμᾶς*, Demosth. de Cor. § 133, alia) nec vulgata mendosa, nam quisque *φύλαξ* quadam *δυνάμει* praeditus est, qua si abutitur (cf. 434 B) civitatem in periculum adducit. *Διὰ δύναμιν* itaque significat „ob potentiam
C s. potentia sua fretus." || Astio *καὶ* ante *παίδων* delenti prorsus assentior ne Platonem ineptientem faciamus. Fugit enim editores, si *καὶ* servetur, tum *πέρι* necessario (nam *τε πέρι — καὶ* semper valet idem ac *περί τε — καὶ περί*) etiam ad *παίδων* pertinere, itaque Platonem dicentem fecisse *κοινωνίαν* intercedere mulieribus cum viris *περὶ τοῦ παιδεύειν, τοῦ παιδοποιεῖν, τοῦ φυλάττειν*, quasi unquam *παῖδες* gigni possint sine mulieris et viri *κοινωνίᾳ*! Prorsus ridicule praeterea post *περὶ παιδείας* sequuntur verba *περὶ παίδων*, tanquam aliquis de educatione prius mentionem facturus sit quam de procreatione. Postremo verba *τῶν ἄλλων* (*πολιτῶν*) sic demum idoneam explicationem nanciscuntur: *ἡ παίδων* enim *παιδεία* pars est *τῆς τῶν πολιτῶν φυλακῆς*. Locus

[1]) Cf. v. c. Hipp. Maj. 291 E, 304 C et quae exempla ad 329 A collegimus

D in 534 A Astii emendationi minime adversatur. || Utique corri-
gendum est *οὐ παρὰ <τὴν> φύσιν τὴν κτλ.* Mox optimis codd.
καὶ post *ὥσπερ* omittentibus omnes editt. (praeter Stallb.) pa-
ruerunt, recte, non enim semper *καὶ* (= etiam) in utroque
E comparationis membro ponitur. || Proximi infinitivi *διακονεῖν*
καὶ ὑπηρετεῖν ab *ἄξουσι* pendent (sicut post *πέμπειν, παραδιδόναι,*
καταλείπειν, ἀφιέναι, sim. verba, saepius infinitivus finem indicat),
itaque minime opus est vel *Herwerdeni* (Mn. 1883) c^{a} <*δεῖ*>
διακονεῖν (qua c^{a} parum eleganter sententiae tenor abrumpitur,
quippe quod mutatur subiectum et pro *δεῖ* coll. *στρατεύσονται*
et *ἄξουσι* potius *δεήσει* requireretur, cum haec omnia a *δῆλον*
ὅτι pendeant) vel *Richardsii* (Class. Rev. 1893) *θέᾳ* <*διδάσ-*
κωνται> *διακονεῖν.* Liebholdi (Fleck. Jbb. 1888) c^{am} *ὅσοι ἁδροὶ*
καὶ οἷοι deletis verbis *ἵν'* et *δὲ* (ante *τῇ θέᾳ*) citasse est im-
probasse.

467 C Corrigendum arbitror *τοὺς ἄνδρας* <*τοὺς*> *πολεμικούς.* Richards
(Class. Rev. 1893) propter praegressa *σμικρὸν οἴει διαφέρειν* dubi-
tanter ci. *ἀλλὰ* <*πολὺ*> (s. <*μέγα*>) *διαφέρει,* quo opus esset,
si Plato post *σμικρὸν* non addidisset *οὐκ ἄξιον κινδύνου*; his
autem adiunctis Glaucon respondet quasi Socrates dixisset
οὐδὲν οἴει διαφέρειν. Probandam vero V^{am} L *διαφέρειν* censeo.
Mox idem (l. l.) ci. aut *προσμηχανητέον* aut <*δεήσει*>, male,
nam ex *ὑπαρκτέον* nullo negotio *δεῖ* ad *προσμηχανᾶσθαι* repeti
potest.

D Ad *εἰς δὲ τὰς* mente supplendum est *ἄγειν*, itaque nobis
non opus est Liebholdi (Fleck. Jbb. 1888) coniectura *ἔστι δὲ ἃς*
εὐλαβήσονται.

E E codice Monac. *q* Bekker Ast Stallb. Herm. Campb. (recte
conferens Menon. 93 D) lect. *διδαξαμένους* (quam iam H. Wolf
probaverat, vid. Philologum 1855) rectissime receperunt. Accu-
sativo participii (pro *διδαξαμένοις*) nos offendi non oportet coll.
468 A *πῶς ἑκτέον σοι τοὺς στρατιώτας,* Tim. 88 B ult. *τὸν δὴ*
μαθηματικὸν κτλ, ibid. 89 D in., Xenoph. Memor. 3, 11 *ἰτέον*
ἂν εἴη θεασαμένους. Optimorum codd. lect. *διδαξομένους* sanae
rationi repugnat. Schneideri inventum *δεδιδαξομένους* unus Baiter
probavit!

468 A Parum eleganter et sine causa clar. Richards (Class. Rev.

1893) interpunctionem mutandam censuit in hunc modum
Τί δὲ δή; εἶπον · τὰ περὶ τὸν πόλεμον, πῶς ..... πολεμίους, ἆρα
κτλ., itaque verba *πῶς ..... πολεμίους* explicandi gratia adiecta
esse [1]). — Particulam *ἂν* in *ποῖ' ἂν* (sic optimi codd. et inde a
Bekkero omnes [2]) editt. praeter Astium legentem *ποῖον*) idem
v. d. hic ferri non posse recte demonstravit: cum enim *ποῖ'*
unice ad *μοι καταφαίνεται* referri possit, nobis non licet ad
ποῖ' ἂν mente supplere *εἴη τὰ σοὶ καταφαινόμενα* (sic Campb.),
quia Socrates sententiam suam iam diu paratam habebat.
Richards itaque (non improbante Campb^{o}) ci. *ποῖα δή,* ego
autem malo *πῇ* (V. L) *δή.* Statim post corrigendum censeo
αὐτῶν μὴν pro *α. μέν.* — Clár. Leeuwenius (Mn. 1890, p. 263)
pro *θέλουσι* reposuit *ἑλοῦσι,* quod *θέλουσι* nec cum *χρῆσθαι*
iungi neque absolute (mire Campb. ad *θέλουσι* subaudit *ἔχειν*)
positum ferri possit; perficies emendationem, si verba *τῇ ἄγρᾳ*
B expuleris, quia a *διδόναι* pendet infinitivus *χρῆσθαι* (sc. *αὐτῷ*). ||
Par. A exhib. *τί δαὶ δ' ἐξιῶθῆναι* cum *γρ. τί δὲ ἐξιαθῆναι*
a m. s. — Par^{o} A omittenti *καὶ* (quod in Ven. *Π non* omissum)
ante *μηδενὶ* paruerunt Ast Schn. Herm. Baiter, quod probandum,
quia procul dubio alioquin Plato scripturus fuerat *μηδ' ἐξεῖναι*
C *μηδενί κτλ.* || Herwerd. (Mn. 1883, dubitanter) verba *πρὸς τὸ*
abesse mavult, recte puto; cf. Euthyph. 14 B. Locus in Legg.
D 666 A *προθύμους εἶναι πρὸς τὰς ᾠδάς* huc non pertinet. || Dete-
riorum codd. alii Aiacis nomen omittunt, in aliis vox incertam [3])
sedem habet, sicut in aliquot Hermogenis codd.; si vox genuina,
artic. *τὸν* ante *εὐδοκιμήσαντα* delendus, sin spuria, *quod non*
dubito, expungenda et legendum est *τὸν εὐδοκ.* <*τὸν*> *ἐν τῷ*
πολέμῳ. Mox corrigendum est *καὶ* <*ἐν*> *τοῖς τοιούτοις* et paulo
E post *νυνδὴ* scribendum. || Herwerdenus (Mn. 1883) et Cobetus
(nota ms.) corr. *ἐπὶ στρατιᾶς* (sic Par. A); etiam in 468 B Herwerd.
στρατιᾶς requirebat. At unice *στρατείας* verum est, vid. Ruhnk.
ad Tim. Lex. p. 240 et Hellerum in Curis Crit. p. 19.

---

[1]) Si quid mutandum, quod tamen non puto, sic interpungi potest: *τί δὲ δή; εἶπον· τὰ περὶ τὸν πόλεμον πῶς.... πολεμίους; ἆρα κτλ.* i. e. „quantum ab bellum attinet *πῶς κτλ.*"

[2]) Necnon Stallb. 1858.

[3]) Post *γεραίρεσθαι* collocata est.

469 A Richards (Class. Rev. 1893) ci. *καὶ <θήκῃ> τίνι διαφόρῳ*
(coll. Legg. 947 B), quo bis idem dicitur; at vulgata *τίνι δια-
φόρῳ* comprehendit *τὴν πρόθεσιν, τὴν ἐκφοράν, τοὺς ὕμνους*, cetera
funeris solemnia, quae in Legg. 947 B—E enumerantur. — Mox
lege *οὕτω [καὶ] ταύτῃ*, nam alioquin Plato scripsisset *<ὡς καὶ>*
B *ᾗ ἂν κτλ. Οὕτω* (ut *εἶτα*) sexcenties post participia ponitur. ||
V[am] L *ταὐτὰ δὲ ταύτῃ* probavit Heller (Cur. Crit. p. 28) contra
optimos codd., male. — Glauconis responsum *τὸ ποῖον δή* paene
clamat in proximis scriptum fuisse *πρὸς τοὺς πολεμίους <ὧδέ>
πως ποιήσουσιν κτλ.* Paulo post ridiculum mendum e Platone
exime corrigendo *ΜΗΔΑΜΗΙ* pro *ΜΗΔ' ΑΛΛΗΙ* [1]), nam propter
vocem *Ἕλληνας* verba *μηδ' ἄλλῃ* (sc. *πόλει*) necessario *βάρβαρον
πόλιν* indicant, itaque librarii ridicule Socratem fecerunt cogi-
tantem omnium terrae gentium reformationem, contra Socratis
mentem, cf. enim 469 C *μᾶλλόν γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς τοὺς βαρ-
βάρους τρέποιντο, ἑαυτῶν δ' ἀπέχοιντο*, 471 B *πρὸς δὲ τοὺς βαρ-
βάρους, ὡς νῦν οἱ Ἕλληνες πρὸς ἀλλήλους.* Quominus *Ἕλληνας* de
Platonica civitate dictum accipiamus, non modo grammatica (scri-
bendum tum nimirum erat *Ἕλληνας <ὄντας>*, cf. 471 A) impedit,
sed quod maioris momenti est, sana ratio, quia minime inter
se opponi possunt hae duae quaestiones *δοκεῖ δίκαιον Ἕλληνας*
(s. *Ἕλληνας ὄντας*) *Ἑλληνίδας πόλεις ἀνδραποδίζεσθαι*; et *δοκεῖ
δίκαιον μηδ' ἄλλῃ* (sc. *πόλει*) *ἐπιτρέπειν* [2]) (sc. *τοῦτο δρᾶν*) *κτλ*;.
Praeterea sequens (§ C) part[a] *ἄρα* diserte indicat Socratem ex
enunciato generali *οὐ δίκαιόν ἐστιν Ἕλληνας Ἑλληνίδας πόλεις
ἀνδραποδίζεσθαι* colligere nec Platonicam civitatem decere *τὸν
ἀνδραποδισμὸν* et iustum esse *τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω συμβου-*
C *λεύειν.* || Lege *Μηδέν'* pro *Μηδέ*, ut et grammatica et sententia
salvae evadant. Noli (c. Stephano) e Florentino x V[am] L *τὸ*
D *μαχόμενον* recipere, quia statim sequitur *τὸν τεθνεῶτα.* || Optime
Stephanus (Ast) *τὸ* ante *πολέμιον νομίζειν* delevit, nam sequens
τοῦ ἐχθροῦ est neutr. generis. Articulus dittographia natus est
(*ΤΟΠΟλέμιον*).

---

[1]) V[am] L *μηδ' ἄλλοις* prob. Stallb. (ed. Goth.).
[2]) Subj. verbi *ἐπιτρέπειν* est *ἡμᾶς*, sicut verbi *ξυμβουλεύειν* in § C, cf. 469 E *οἴσομεν*. Glaucon et Socrates sunt *οἱ νομοθέται* novae civitatis.

470 A Recentes editt. necnon Stallb.(1858) *φοβησόμεθα* ediderunt
B probante Herwerdeno Mn. 1883. || Richards (Class. Rev. 1893)
transponendum censuit sic: *στάσις, ὄντα ἐπὶ δυοῖν τινοῖν* [1]) *δια-
φοραῖν, οὕτω καὶ εἶναι δύο* (*ὄντα ἐπί*, inquit, can only refer to
names, not to things), male, primum quia tum *ὄντα* ferri
nequit, deinde quia vulgata minime insana, dummodo vertatur
„ex duobus dissidii generibus orta" sive „ad duo dissidii genera
pertinentia" (vocabulum *ὄντα* enim ad *ταῦτα*, non ad *ὀνόματα*
pertinet). Ad dictionem *εἶναι ἐπί τινι* cf. 477 A. — Scribendum
ἀπὸ (*τρόπου*), non *ἄπο*, cf. *ἀπὸ θυμοῦ, ἀπὸ δόξης, ἀπὸ γνώμης,*
C *ἀπ' ἐλπίδων*, alia. || V[am] L *μαχομένους πολεμεῖν τε φήσομεν* rec-
tissime probavit Hirschigius (Annot. crit. in Platon. selectae.
Reprinted from Postulates and Data. Lond. 1852); etenim voc.
μαχομένους praecedere debet, sicut infra *ὅταν τι τοιοῦτο δρῶσι·*
In § ult. delenda puto verba *καὶ στασιάζειν* [2]), non modo quia
male abundant, sed etiam quia membrorum aequalitas unum
tantum verbum requirit (*πολεμεῖν* in priore membro, *νοσεῖν* in
D altero). || Hirschigius (1852 l. l.) ci. *οὕτως ὀνομάζειν* pro *ο. νομί-
ζειν*, male, nam respicitur Socratis „*φήσομεν.*" Recte Campb.
„I agree", inquit, „to hold this language", qui mox verba *ἐν τῇ
νῦν ὁμολογουμένῃ στάσει* recte sic vertit „in what people now
agree in calling sedition." Lege *ἐμπιμπρῶσιν* et mox fortasse
corrige *ἀλιτηριῶδες*. H. Wolfius ci. *μέτριον ἦν* pro *μ. εἶναι*, at
vulgata sanissima.
471 A R. Förster (Fleck. Jbb. 1874, p. 356 Anm.) malit *<ὡς>
σωφρονισταὶ ὄντες* coll. (supra) *ὡς διαλλαγησόμενοι*, quod minime
necessarium duco, etsi suspicari licet Försteri c[am] non novam
esse et particulam *ὡς*, quae in aliquot codd. ante *οὐ πολέμιοι*
inserta est, a sciolo supra *ὄντες* scriptam fuisse. In Par[o] A
ὡς ante *οὐ* in mg. exaratum. Campbell legendum censuit
<καὶ> (pro *ὡς*) *οὐ πολέμιοι.* — Lege *ἐν ἑκάστῃ τῇ πόλει*, arti-
culus haplographia excidit. Pro *αὑτοῖς* (sic Schn. Stallb. 1858
Bait. Campb.) optimi codd. *αὐτοῖς* exhibent, quod recte serva-

---

[1]) Melius Stallb. (1829) *τινοιν* (enclitice) scripsit.
[2]) Apud Demosthenem memini me legere alicubi *στασιάζειν καὶ νοσεῖν*, quod non magis probandum.

runt Bkk. Ast Hermann, quia *αὐτοῖς* hic ambiguum est (sig-
C nificare enim potest et *ἀλλήλοις*). || Lege *ἐμπιμπράναι*. Par. A^{I} *om.*
αὕτη post *δυνατή*. — Mox verba *εἰ γένοιτο* insiticia puto, ridicule
enim abundant. Videtur in antiquo libro ad *ᾗ γένοιτο* ab aliquo
arbitrato propter verba in § E *εἰ γένοιτο ἡ πολιτεία αὕτη* scribas
εἰ et *ᾗ* — ut sexcenties fit — confudisse, in mg. adscriptum
fuisse *εἰ γένοιτο* in hunc modum

ἐπεὶ ὅτι γε
εἰ γένοιτο
πάντ' ἂν εἴη ἀγαθὰ πόλει ᾗ γένοιτο

et deinde in novo apographo illa varia lectio post *ὅτι γε* in
textum illata esse ab indocto librario. Unus de Stobaei codd. verba
ᾗ γένοιτο, quae in Monacensi *q* punctis notata sunt, omisit,
quod si probatur verbis *εἰ γένοιτο* servatis omnino legendum
erit <*τῇ*> *πόλει*, i. e. „a nobis conditae civitati"; altera
autem ratio hac magis probanda, quia Glauconem hic in
universum locutum esse satis verisimile est. Post *ᾗ γένοιτο*
Richards (Class. Rev. 1893) inseri vult *ὁμολογῶ* vel simile
verbum, male; nam haec omnia grata dicendi licentia a sequenti
(§ D) *οἶδα* pendent. Stallbaum verba *ἃ σὺ παραλείπεις ἐγὼ λέγω*
rectissime *ἐν παρενθέσει* dicta putavit.

472 A Vulgatam *στρατευομένῳ* (sic Ast Bekk.) e recentibus editt.
B unus Stallb. (1858) defendere conatus est, frustra. || Vereor
ut verba *πρὸς τὸ* ante *μὴ εἰπεῖν* genuina sint. Mox part^{am} *γ'*
post *τί τοῦτο* omnes editt. recentes (praeter Ast Schn. Stallb.
ed. Goth.) ex uno Par^{o} A receperunt, at Par. A^{I} *γ'* omisit,
quocirca illam litterulam spuriam duco. Etiam in Gorg. 497 E,
Charm. 164 A post *ἀλλὰ τί τοῦτο* particulam *γε* non additam
C esse Stallbaum monuit. || Vulgatam *εἰ γένοιτο* pugnare cum
proximis verbis (in § D) *ἀλλ' οὐ τούτου ἕνεκα ἵν' ἀποδεί-
ξωμεν ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι* Bekker et Madvig probe
intellexerunt, quorum ille *ᾗ* pro *εἰ* (probantibus Astio et
Stallb^{o} ed. Goth.), hic autem (prob. Baitero) *καὶ* post *εἰ γένοιτο*
expungendum censuit; neutri rectissime paruit Campbell:
Bekkeri enim c^{a} non modo eo nomine displicet quod post *ᾗ*
particula *ἂν* vix deesse potest et membrorum aequalitas perit,
sed praesertim quod eius, qui *περὶ τοῦ δικαίου εὐδαιμονίας*
iudicaturus est, nihil interest scire quomodo *ὁ δίκαιος γίγνηται*,

Madvigii autem c^{a} inelegans est, quia *γενόμενος* idem significat
atque *εἰ γένοιτο*. Plane igitur assentior Campbellio verba *εἰ*
D *γένοιτο καὶ* spuria et delenda ducenti. || Richards (Class. Rev.
1893 et VI p. 340) ci. *οἴει ΔΗ* (pro *ΑΝ*) *οὖν ἧττόν τι κτλ*,
rectissime; *ἂν* enim hic non magis idoneum quam si (infra)
in verbis *Ἧττόν τι οὖν οἴει ἡμᾶς κτλ* interponeretur.

473 A Optimorum codd. post *τῷ ἔργῳ* alii *δεῖν*, alii *δεῖ* exhibent
pro *δή*; cum autem *δεῖν* (sic omnes [1]) editt. recentes praeter
Astium) hic ferri nequeat (etenim non modo *μὴ ἀνάγκαζέ με
δεῖν ἀποφαίνειν* ingrata constructio, sed praesertim male *γιγνό-
μενα* et *τῷ ἔργῳ* verbo *δεῖν* disiunguntur — particula autem
δὴ arctissime coniunguntur —), verisimile est *δὴ* et *δεῖ* a
librariis confusa esse, itaque unice verum esse *δή* (sic etiam
Stobaeus ed. Gaisf.). Post *γιγνόμενα* Bywater (Journ. of Philol.
1881) *ἂν* excidisse verissime intellexit, cum Socrates demon-
straturus sit *τοιαῦτα posse* fieri, non autem *τοιαῦτα* iam fieri:
cf. 472 D et 473 B *ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι*, 472 E *πῇ
μάλιστα..... δυνατώτατ' ἂν εἴη*. Bywateri quidam amicus *δὴ*
C in *ἂν* mutari mavult, quod minus probandum. || Pro *δοκοῦμεν*
H. Wolfius (et Astius 1814) ci. *δοκῶ μέν*, at *μὲν* hic plane
inutile nec pluralis numerus vitiosus. Mox Richards (Class.
Rev. 1893) ci. *ἐπ' αὐτῷ* (V. L) *δή, ἦν δ' ἐγώ, εἰμὶ* (V. L)
κτλ, *rectissime*, nam post futurum *εἶμι* sequentia *εἰρήσεται
δ' οὖν* languent. Optime Grou vertit „me voici arrivé à
ce que etc," sicut in Sophoclis O. T. (1169) minister, qui
a misero Oedipode iubetur verum dicere, haesitans, utpote
veritus ne maximis aerumnis dominus obruatur, arcana
detegere exclamat *οἴμοι· πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν*. —
Statim post unus Schneider pro *προεικάζομεν* (sic absurde
Herm. Stallb. 1858) V^{am} L *προσῃκάζομεν* rectissime recepit.
Bekker primus imperfecto opus esse perspexit, cum ea imago
iam in 472 A prolata esset. Baiter et Campb. male *προσεικάζομεν*
servarunt. — Mox corrige *εἰ καί* <*με*> *μέλλει*. Ea quae sta-
tim sequuntur, iam Astio corrupta visa sunt, qui in ed. II
verba *ὥσπερ κῦμα ἐκγελῶν* a mg. irrepsisse sagaciter suspicatus

[1]) Necnon Stallb. 1858.

est; cum enim subiectum (*τὸ παράδοξον τοῦτο* in 472 A) verbi *μέλλει* in proximis ipsis fluctui comparatum sit eaque imago voce *κατακλύσειν* satis superque in auditorum memoriam revocetur, non adducor ut credam Platonem, tanquam rhetorem tumidam orationem sectantem, imagini imaginem superaddidisse; praeterea significatus vocis *ἐκγελᾶν* (cf. Hom. Odyss. 16. 345, 18. 35) violatur, quippe quod *ἐκγελᾶν* minime idem valet ac *καχάζειν*, etsi *fortasse* (vid. Polluc. 6. 119) *ἔκγελως* parum differt a risu Sardonico et *πλατεῖ γέλωτι*. De fluctibus scintillantibus, *non* de maris cachinno *γελᾶν* apud Graecos adhibetur, vide ex. gr. Aeschyl. Prom. 89 *ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα*. Interpolatori igitur reddantur sua. Herwerdeni c^a (Mn. 1883) *εἰ καὶ μέλλει ἔκγελώς τέ τις καὶ ἀδοξία* [1]) *ἀτεχνῶς ὥσπερ κῦμα κατακλύσειν* difficultates non removet et iusto audacior est. Richards (Class. Rev. 1893) ci. pro *ἐκγελῶν*
D *ἐκπηδῶν*, quo nil proficimus. || Richardso (Class. Rev. 1893) postulanti *καὶ ταῦτα* (pro *καὶ τοῦτο*) recte Campbell adversatus est. — Mox vulgata *αἱ πολλαὶ* (*φύσεις*) procul dubio vitiosa est: quominus enim illa verba sive per *plurimae* sive per *volgares* (sic Baiter) vertamus linguae usus impedit, illic nimirum Plato scripturus fuerat *οἱ πολλοὶ* omissa voce *φύσεις*, hic *αἱ πονηραὶ φύσεις* ut Liebholdus (Fleck. Jbb. 1888) reponendum censuit. At patet unicuique Platonem voluisse arceri *omnes ad unam φύσεις*, quae *χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον πορεύωνται* i. e. quae sive tantummodo *φιλόσοφοι* sive *πολιτικαὶ* tantum sint, itaque nec Liebholdi (l. l.) neque Apelti (Fleck. Jbb. 1890 bd. 141 et 1893 bd. 147) coniecturam (*αἱ πολιτικαὶ*) veram esse, sed unius Madvigii *αἱ χωλαὶ φύσεις*, quam licet omnes improbarint, ego defendere non desistam coll. ex. gr. 535 D *πρῶτον μέν, εἶπον, φιλοπονίᾳ οὐ χωλὸν δεῖ εἶναι τὸν ἁψόμενον, τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον, τὰ δὲ ἡμίσεα ἄπονον*, Phaedon. 71 E *ἀλλὰ ταύτῃ χωλὴ ἔσται ἡ φύσις*, aliis. *Τὸ χωλὸν τῆς τῶν ἀρχόντων φύσεως* efficit ut non toto munere fungantur, sed dimidio tantum, itaque cum debeant *ἐπ' ἀμφότερα simul* accedere, separatim *ἐφ' ἑκάτερον* tantum procedere possint. — In § ult. Cobetus (nota ms.)

[1]) Verba *ἔκγελώς τέ τις* et *ἀδοξία* in uno codice (interpolato) occurrunt.

E *φύῃ* pro *φυῇ* correxit. || Pro *ἰδεῖν* Cornarius probante uno [1]) Astio ci. *πείθειν*, male, cum *τὸ παράδοξον δοκεῖν* efficiatur non *τῷ χαλεπῶς πείθειν ὅτι κτλ*, sed *τῷ χαλεπῶς ἰδεῖν ὅτι κτλ.* [2]). — Mox pro *ἄλλη* (sic c. Par. A Bekker Ast Schn. Stallb.) recentissimi editt. c. Hermanno V^am L *ἄλλῃ* recepere, optime, cum ad *ἄλλη* nullo pacto *πολιτεία* nec magis *πόλις* mente suppleri possit. Paulo post Astius (1814) *ἐμβέβληκας* (V. L.) requirebat, rectissime; cf. 344 D, Protag. 342 E *ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον λόγου*. Quid *ἐκβάλλειν* sit discere possis ex 377 C. Ad vim locutionis *ἐμβάλλειν ῥῆμα* cognoscendam confer sis vocem *ἐμβολή* (in pugna navali). — Illud *οἷον* ante *ῥίψαντας* significat non „tanquam s. velut", sed „utpote"; unus Herm. recte post *ἱμάτια* non interpunxit.

474 C Unus Stallb. (ed. Goth.) e deterr. codd. recepit *ἐν* <*τῇ*>
E *πόλει*, sine causa; confer 484 B *πόλεως ἡγεμόνας εἶναι*. || Pro *μελιχλώρους* (sic omnes editt. inde a Bkk^o iam praeeunte Stephano) antiquitus et alia lectio in codicibus fuisse videtur, nempe *μελίχρους*, quod nomen in inscriptionibus repertum est, vide A. Fickii „die Griechischen Personennamen. II Aufl. 1894" p. 201 *Μελίχρως Μελιχρόου*. Nostrorum codicum lectionem satis tuetur locus Theocriti X 26. Accusativus autem pluralis *μελιχλώρους* mihi displicet et librariis accommodantibus nominativum [3]) sing. *μελίχλωρος* (sic legendum censeo) ad praegressos accusativos debetur. Richards (Class. Rev. 1883) cum Stephano (improbante Astio) genit. [4]) singularis (*μελιχλώρου*) requirit. In § ult. legendum censeo [*τε*] *καὶ πάσας φωνὰς κτλ.*

475 A Recte nunc vulgo *τί δέ* pro *τί δαί* editur. In § B optimis codd. *τιμᾶσθαι* pro *τιμῶνται* exhibentibus iure paruerunt recentes
C editt. necnon Stallb. (1858). || Corrigendum *τί τε χρηστὸν καὶ* <*τί*> *μή* aut *τί χρηστόν τε καὶ μή*. Mox dele *φήσομεν* post *καὶ*
D *ὀρθῶς γε*. || Corrigendum censeo <*οἱ*> *τοιοῦτοι*. Mox videtur legendum esse *κατὰ πόλιν*, cum non verisimile sit Athenienses

[1]) Stallb. 1858 *ἰδεῖν* edidit.
[2]) Confudit Cornarius effectum cum causa.
[3]) Nominat. nil insoliti habet, cf. Cratyl. 385 A, 410 A et. exempla, quae Heindorf ad Theaet. 150 A collegit.
[4]) Ad genit. sing. usum cf. Phaedr. 263 A, Sophist. 250 D, alia.

(suos nimirum cives Plato respicit, non *πάντας τοὺς Ἕλληνας*, sicut et supra p. 405 A vidimus) ex Attica profectos esse *τὰ Διονύσια* in ceterae Graeciae *κώμαις* spectatum. *Τὰ κατὰ κώμας Διον.* igitur sunt, quae vulgo *τὰ κατ' ἀγροὺς* vocantur, *τὰ κατὰ πόλιν*, quae (vid. scholiasten) *τὰ ἐν ἄστει* audiunt. Scriptum
E erat *κατὰ πο̆* (λ), quod librarius male explevit. || Cum fere omnes codd. *μαθηματικοὺς* exhibeant cum Clemente et Theodoreto, non dubito quin ea genuina sit lectio; cf. Tim. 88 B (ubi Photius *μαθηματικὸν ἀντὶ τοῦ φιλομαθῆ*) et Aristot. Metaph. 1 (in.) *καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν* (sc. *τῶν ζῴων*) *φρόνιμα, τὰ δὲ μαθηματικώτερα τῶν μὴ δυναμένων μνημονεύειν ἐστίν*. Videtur Platone vivo nondum inter *μαθητικὸς* et *μαθηματικὸς* discrimen, quod Gellius et alii scriptores indicarunt, exstitisse. Vide Thes. Stephani s. v. v. *μαθηματικὸς* et *ἀκουσματικός*.

476 A Lege *καὶ* [*περὶ*] *δικαίου κτλ*; nam primum opus erat *καὶ* <*περὶ*> *ἀδίκου*, deinde plane sufficit illud *πέρι* in fine positum, cf. 451 A. Si duo inter se contraria copulantur iterari praepositionem necesse est, vid. ad 334 E. — Illud *ἀλλήλων* (*κοινωνίᾳ*) mihi ob duas causas displicet: primum subiectum verbi *φαίνεσθαι* sicut verbi *εἶναι* est *ἕκαστον*, non [1]) *πάντα τὰ εἴδη*, at *ἀλλήλων* requirit subiectum pluralis numeri, itaque voc. *ἀλλήλων* ferri nequit; deinde fac duo *εἴδη* misceri, tum *εἶδος* aliquod nascitur, quod simplex (*ἕν*), non multiplex (*πολλὰ*) est. Cum nullo igitur pacto voc. *ἀλλήλων* defendi possit, patet corruptum esse. Legendum censeo *ἄλλων* i. e. aliarum rerum, nam inter *πράξεις* et *σώματα* vix referri possunt *φωναί, χρόαι, σχήματα*, similia. E *quattuor hunc locum emendandi conaminibus* nullum mihi placere potuit: Badhami c^a (Phaedri praef.) *ἄλλῃ ἄλλων* est admodum durae constructionis, etsi tolerabilioris quam Bywateri (Journ. of Philol. 1874) *ἄλλ' ἄλλων* (the general sense being ,it is by their union with bodies, actions and so forth, that Ideas come to be phenomenalised etc'); Voegelini (S) c^a *σωμάτων ἀλλήλων κοινωνίᾳ* displicet propterea quod *ἀλλήλων* sic prorsus abundat neque e grammaticae legibus facile est explicatu; Liebholdi

[1]) Si enim *πάντα τὰ εἴδη* subiectum esset, Plato non *αὐτό*, sed *αὐτὰ* scripsisset.

denique (in eius Corollario [1]) emendd. Platonicarum p. 21) c^a *ἄλλων πολλῶν* palaeographia non commendatur. — Mox lege
B *νυνδή*. || Lege *τάς γε* pro *τάς τε*, post *που* saepe *γε* additur; vide dicta ad 334 E.

477 A Verba *κἂν εἰ πλεοναχῇ σκοποῖμεν* vitiosa sunt, quia plane ridiculum est rogare „hoccine tibi clarum est, etiamsi pluribus rationibus consideremus," quasi res obscurior fieri soleat, si multifariam exploretur; itaque prorsus assentior Astio corrigenti *ἔχομεN* <*H*> *καὶ πλεοναχῇ σκοπῶμεν*. Postquam *ἢ* exciderat, librarii textum fulcire conati sunt. — Paulo post rescribendum <*τὸ*> *μὴ ὂν δέ*, artic. a praegressa syllaba absorptus est. Mox V^{am} L *εἰλικρινῶς* probarunt soli Schn. et Hermann, contra optimos codices. Valckenarius vocem ab *εἶλος* et *κρίνειν* repetendam censuit, Ruhnkenius autem ab *εἵλη*. Bodleianus ad Phaedon. 66 A *εἰλι.* praebet. — In proximis *οὐκοῦν ἐπὶ .... ζητητέον* nexus periit, quem librarii paucorum codicum deterr. recuperari posse particula *δὲ* verbis *ἐπὶ τῷ μεταξὺ τούτῳ μεταξὺ κτλ* inserenda (in aliis *δὲ* post *ἐπί*, in aliis post *τῷ μεταξὺ* infersum est) falso putarunt. Stallbaumius (ed. Goth.) sibi visus est textui satis providisse recipiendo V^{am} L (e Monac. *q*) *οὐκοῦν* <*εἰ*> *ἐπὶ κτλ*, at *εἰ ..... ἦν* hic ferri non potest. Hermannus ci. <*ἐπεὶ*> *ἐπὶ* (Bait. et Campb. prob.), quae lectio, etsi auribus ingratior est, fortasse tamen vera est. Vide autem an praestet corrigere *οὐκοῦν* <*ἂν*> ..... *ἦ* (pro *ἦν*); saepius *οὖν* et *ἂν* confunduntur et facillime *ἂν* post *οὐκοῦν* excidere potuit. — V^{am} L *ἐπὶ* <*τῷ*> *μὴ ὄντι* rectissime Ast Bekk. Stallb. rece-
B perunt. || V^{am} L *κατὰ τὴν δύναμιν ἑκατέρα τὴν αὑτῆς* probarunt Ast Stallb. (1858) Schneid. Herwerd. (Mn. 1883) Campb., rectissime, nam optimorum codd. lect. vitiosa [2]) est. Hermannus (prob. Bait. et Heller Cur. crit. p. 32) ci. *κατὰ τὴν ἄλλην δύναμιν ἑ. τὴν α.* i. e. „secundum suam quaeque *diversam ab altera*

[1]) Quod eius scripto „Ueber die Bedeutung des Dialogs Phaedons für die etc. Prog. Rudolstadt, 1876" additum est.

[2]) Venetus *Π* (qui sec. Bkk. exhib. *ἐπιστήμη ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν δύν. ἑκατ. τὴν αὑτῆς*) sec. Castellani praebet *κατὰ τὴν αὐτὴν δύν. ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν δύν. ἑ. τὴν αὑτῆς* prorsus ut codex Malatest., in cuius mg. haec leguntur *ἴσως οὕτω δεῖ γράφεσθαι. ναί.. κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἢ κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην δύναμιν ἑκατέρα τῆς αὑτῆς οὕτως.*

vim," quod me iudice valde languet neque elegans est. Herwerd. l. l. praeterea sine causa ci. *κατὰ τὴν αὑτῆς δυν. ἑ.* E *[τὴν α.]*. || V^{am} L *θήσομεν* pro *οἴσομεν* unus Cobetus probavit, rectissime, vid. in § D ult. *τίθης*, 437 ult. et confer dictiones *ἐν δόξῃ θεῖναι, ἐν μέρει τινὸς θεῖναι, εἰς τοὺς πλουσίους θεῖναι.* In Par^{o} A sexcenties *H* et *I* confusa sunt, vid. me ad 336 B et ad 454 C. — In § ult. quidam O. Schneider pro *δόξα* reponendum censuit *δύναμις*, absurde.

478 B V^{am} L *ὡς ἔφαμεν* (pro *ὡς φαμὲν*) prob. Bkk. Ast Stallb. (ed. Goth.), non opus, vertendum enim est „ut putamus". Mox Liebholdus (Fleck. Jbb. 1888) ci. *ἆρ' οὖν τὸ μὴ ὂν δοξάζεται* pro *δοξάζει*, sine causa, subiectum enim est *ὁ δοξάζων* vel *ἡ δόξα.* — Paulo post Par^{i} A^{I} lect. *δοξάσαι τὸ μὴ ὄν* probarunt Schneid. Hermann Bait., rectissime, quod maxima codd. pars c. Par^{o} A consentit. In § ult. pauci codd. verba *ὁ δοξάζων* ante *δοξάζει* ponunt, quod fortasse indicium est illa verba C insiticia esse; nullo negotio mente suppleri possunt. || In § ult. Ast et Stallb. malunt *ἔντος δή* pro *ἐ. δ'*, rectissime coll. verbis praegressis *ἆρ' οὖν ἐκτός κτλ.*

479 A Par^{i} A lect. *ἀεὶ <μὲν> κατὰ ταὐτὰ* receperunt Schn. Herm. Bait. Campb., *fortasse* recte. Mox Madvigio corrigenti *πολλὰ δὲ καλὰ* paruit unus Baiter, optime, cf. 476 C *ὁ οὖν καλὰ μὲν πράγματα νομίζων.* — Verba *ἐκεῖνος ὁ φιλοθεάμων καὶ* Ast et Bekker c. Veneto Ξ omiserunt, rectissime; est nota marginalis ad praegressum *ὁ χρηστός*, quae a librario indocto non modo perperam in textum illata est, sed etiam in alienam sedem. Heusdius (Init. Philos. II p. 37) illa verba post *ὁ χρηστὸς* collo- C canda iudicabat, male. || Stephanus (probantibus Astio 1814 et Valckenario in ipsius Schedis criticis) ci. *τῆς βολῆς [πέρι]*, optime, nam iterata praepositio hic plane ridicula est propterea quod non duo aenigmata erant alterum de eunucho, alterum de vespertilione icto, sed unum tantum de vespertilione ab eunucho icto. Trium genetivorum *τοῦ εὐνούχου τῆς βολῆς τῆς νυκτερίδος* coniunctio nil insoliti habet. Richards (Class. Rev. 1893) mavult prius *περὶ* deleri, quod mihi minus placet. Pro *ὡς* (*καὶ ἐφ' οὗ*) Par. A exhib. *ὧι* (i. e. *ᾧ*) et Ven. *Π*^{1} *ω*, rectissime, sic omnes editt. inde a Stephano (praeter Bkk. et Schneiderum). — V^{am}

L *ἐπαμφοτερίζει* Astius probavit, *rectissime*, non modo quia ad sequens *δυνατὸν* mente supplendum est *ἐστι* nec per *ζεῦγμα* e praegressis [1]) *δοκεῖ* ad illum infinitivum explicandum sumi potest, sed praesertim quia ei, qui *τὸ ἐπαμφοτερίζειν τὸ τῶν πολλῶν* exemplis illustrare conatur, minime dubitare licet num ipsa illa exempla naturam *τῶν ἐπαμφοτεριζόντων* plane referant, quod non ita esse infinitivus modus indicet. — Mox verba *οὔτε ἀμφότερα οὔτε οὐδέτερον* spuria sunt, nam primum illas res *οὐδέτερον* esse modo (*οὔτε εἶναι οὔτε μὴ εἶναι οὐδὲν αὐτῶν δυνατὸν παγίως νοῆσαι*) dictum est, deinde non verum est illas res *non* esse *ἀμφότερα*, alia enim quam *τὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἀμφότερα* esse (i. e. *τοῦ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι μετέχειν* [2])) nondum medius- D fidius exputare potui. || Lege *κυλίνδεται* pro *κυλινδεῖται* et paulo post e Veneto Ξ recipe V^{am} L *ὡμολογήσαμεν* (quod etiam Campbellio reponendum visum est) propterea quod aoristus praecedit. Baiter contra mavult rescribere *προωμολογήκαμεν*, at tum Glauconem — *προωμολογήκαμεν* enim significat „nostra pristina s. antecedens sententia est" — respondere oportuerat *προωμολογήκαμεν* (*non ὡμολογήκαμεν*).

480 A V^{am} L *ἄν γ' ἐμοὶ* (*πειθῶνται*) pro *ἄν γέ μοι* fere omnes editt. recte probarunt: vide dicta ad 352 D.

---

[1]) Multo etiam minus ex voce *ἀδύνατον*, ut Schneider somniavit.
[2]) Cf. 478 D *εἴ τι φανείη οἷον ἅμα ὄν τε καὶ μὴ ὄν*, 477 A *εἰ δὲ δὴ κτλ.*

CORRIGENDA.

Pag.	8	a f.	v.	9	*Lege*	ex. gr.
„	17	„	„	13	„	Par. A
„	21	ab in.	„	4	„	πεντήκοντα.
„	25	a f.	„	15	„	Par. A
„	28	„	„	13	„	οὑτωσὶ [1]))
„	45	IIª nota			„	1868
„	72	ab in.	„	8	„	Campbellio
„	73	„ „	„	11	„	ci.
„	„	a f.	„	5	„	vid.
„	84	ab in.	„	6	„	e *non* e.
„	90	„ „	„	13	„	κτλ *non* κτλ,
„	116	a f.	„	1	„	<τῶν>
„	139	a f.	„	17	„	initio.
„	„	„	„	1	*Dele*	an
„	141	in nota			„	an
„	144	ab in.	„	16	*Lege*	iussit, quod
„	146	a f.	„	3	„	In uno e